

## **Valentini Henrici Vogleri ... Physiologia historiae passionis Iesu Christi.**

### **Contributors**

Vogler, Valentin Heinrich, 1622-1677.  
Müller, Heinrich David, active 1673-1680

### **Publication/Creation**

Helmstadii : Apud Henricum Davidem Mullerum ..., MDCLXXIII. [1673]

### **Persistent URL**

<https://wellcomecollection.org/works/z8wqs5dk>

### **License and attribution**

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.

You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.



Wellcome Collection  
183 Euston Road  
London NW1 2BE UK  
T +44 (0)20 7611 8722  
E [library@wellcomecollection.org](mailto:library@wellcomecollection.org)  
<https://wellcomecollection.org>

VALENTINI HENRICI VOGLERI

PHYSIOLOGIA

HISTORIÆ PASSIONIS

IESV CHRISTI.

*Ego sum*  
*Thomas Vogelini*  
*Rechnung*  
*Edent*



*HELMESTADII,*

Apud HENRICVM DAVIDEM MVLLERVM,  
ACADEMIAE TYPOGRAPHVM.

ANNO MDCC LXXIII.



BRITISH MUSEUM  
SALE DUPLICATE  
I 7 8 7



VENERABILI ATQVE AMPLIS-  
SIMO VIRO,

IOHANNI KOTZEBVEN,  
IMPERIALIS COLLEGII LOCKU-  
MENSIS ABBATI, ORDINVMQVE PRO-  
VINCIALIVM DVCATVS BRVNSVIC.  
CALEMBERGICI CON-  
SILIARIO,

S. P. D.

VALENTINVS HENRICVS VOGLERVS.



Vam nusquam fere non ali-  
as in divinis scripturis factam observa-  
mus notationem eorum, quæ ad res na-  
turales cujuscunque generis, earumque  
vel proprias & ab ipso conditore optimo maximo



iis inditas vel præter ordinarium motum iis obtin-  
gentes affectiones pertinent: eandem & multo ma-  
xime illustrem in iis etiam monumentis, quibus ea  
quæ circa mortem Domini & Servatoris, illam ut  
prorsus horribilem & innocentissimam, sic univer-  
so humano generi summe & unice salutarem, e-  
venere, descriptam legimus. Quæ quidem triplicis  
potissimum discriminis sunt atque generis. Primum  
constituunt, quæ de Christo ipsomet sacri historici  
memoraverunt. Gravissimæ videlicet animi per-  
turbationes, & quæ deinceps earum vim, ceu caus-  
sam solet effectus, exceperunt. Similiter flagran-  
tissima ejusdem sitis. Quæ aliaque adeo fecerunt, ut  
quemadmodum antehac per omnem vitam, ita  
tunc etiam in ultimo illo vitæ actu & maxime qui-  
dem prorsus hominem is sese exhibuerit. Ad se-  
cundum refero terribilia ostenta, quæ tum in cælo  
ejusque magno illo quod totum illuminat or-  
bem luminari, tum in terra durissimisque petris fa-  
cta, spectatorum animos incredibili horrore perfu-  
derunt. Quibus accensendus etiam est à commu-  
ni, viribus præsertim penitus exhaustis, morienti-  
um more ac natura prorsus alienus magna voce  
editus clamor. Tertia classis iis commode tribui-  
tur,



tur, quæ propter facultates suas exploratas in usum, ut alias frequentissimum, ita tum quoque venerunt. Sunt autem potus uterque Domino præbitus, & corpori ejus in monumentum inferendo adhibita medicatio. Quæ proinde ut & alia omnia, in historia ista quæ notata leguntur, doctorum hominum industriam in ea eorumque causas inquirendi excitaverunt. Minime culpabili sane curiositate. Hæc quippe habere perspecta, perinde ut in nulla non alia cujuscunque generis narratione, ad plenioram intelligentiam certe non confert nihil. Id quod adeo me quoque impulit post tot præclaros viros hoc argumentum versare. Inviante præsertim me ipso hoc anniversario tempore, quo id ipsum publice in Ecclesia tractatur. Visum insuper etiam fuit commentarium illum meum evulgare. Quem quidem si doctis haud displicere intellexero, operæ pretium me fecisse lætabor. Sin minus: conatum saltem hunc meum nemo temere nisi malevolus & iniquus aliorum obtrectator, spero, improbabit. Sed hoc quidem hominum genus ut præclaris studiis ac bonis quibusque perquam noxium est ac molestum, sic illo ab eorum cultura nemo quidquam dimoveri debet. Ex adverso ma-



gni merito æstimanda est ab ingenuo & integro animo profecta sententia. Qualis quidem non nisi à recti sensus hominibus expectari potest. Quibus & in iis Tibi quoque, Vir Venerabilis, opera isthæc mea si sese probaverit, Tuque eam eximio illo affectu, cujus erga me minime obscura argumenta jam tum deprehendi, prosequutus fueris, (de quo nullus ambigo,) nunc quidem nihil amplius est quod ego desiderem, voti mei abunde compositus. Vale. Helmstadii in Academia Iulia, xxviii Martii, magnæ illius hebdomadis τῆς μεγάλης πεντάδος, anno cico ioc lxxiii.



# BENEVOLO LECTORI

S. P. D.

VALENT. HENR. VOGLERVS.

**M**Irabuntur fortassis nonnulli, quod post tot  
præstanti eruditione viros ego quoque longe  
nobilissimum hoc argumentum aggressus fue-  
rim. Sed qui ab aliis de eo disputata cum hisce meis  
contulerit, & mirari desinet, nec id vitio mihi ver-  
tere poterit, jure quidem certe. Præterquam enim  
quod diversis considerandi modis id egerint viri do-  
cti, etiam inter eos, quibus idem mecum propositus  
fuit, notabilis rursus intercedit varietas. Id quod  
aliter etiam fieri nequit, in accuratiori præsertim  
disquisitione, ubi non duntaxat afferuntur ac repe-  
tuntur ab aliis dicta, sed argumentorum pondere  
res potissimum agitur. Ideoque nunc consensus, nunc  
dissensus oritur: alia item de novo afferuntur, a-  
lia uberius confirmantur, alia refutantur. Hinc  
sane in hisce meis etiam reperiuntur quædam hæud  
paullo aliter atque ab aliis tradita: nonnulla fusius  
proposita, quæ alii vel plane non vel non nisi levi-  
ter & quasi prætereundo tetigerunt. Depromsi  
autem



autem hac ex iis dissertationibus, quibus ea, quae vel  
ad naturalem scientiam vel ad medicinam spectan-  
tia in utriusque Testamenti libris leguntur, ante  
complures annos illustravi: multis tamen hinc in-  
de, ceu fieri solet ac par est, accessionibus aucta.  
Quae quidem ut seorsim evulgarem, maxime me  
movit argumenti summa dignitas. Simul etiam  
visum fuit periclitari partis fortunam, ut inde, quae-  
nam toti operi fortassis aliquando sit expectanda,  
conjecturare queam. Vale, amice lector, ac  
fave.



I

VALENTINI HENRICI VOGLERI  
PHYSIOLOGIA HISTO-  
RIÆ PASSIONIS IESV  
CHRISTI.

---

CAPVT I.

*Huc pertinentia omnia & ex iis singulatim nunc  
consideranda enumerantur.*



T alias passim per universam sacram Scripturam res naturales & quæ ad eas pertinent subinde memorantur, ita peculiariter etiam quædam ejusdem generis eaque plane singularia & notatu atque consideratione apprime digna habentur in historia passionis Domini nostri Jesu Christi.

Sunt autem præcipua ex omnibus isthæc: Tristitia summa & acerrimus Angor Servatoris grande summeque stupendum illud tam atroci morte redimendi humani generis opus jam jam aggressuri, Sudor ejusdem cruentus, Aceti felle & vini Myrrha conditi potus, Solis eclipsis, Sitis in cruce pendentis, Acetum & Hyssopus potui data, Clamor Christi morientis, Mors repentina ilico sequuta, Terræ motus ingens rupes dirumpens, ex latere mortui perfosso profluentes Humores, Conditura demum corporis monumento inferendi.

Præter illa porro huc itidem spectant: Gallicinium, Somnus discipulorum Christi in horto ex tristitia ortus, Fletus Petri ut & vulgi mulierumque Christum cruci jam addictum sequentium atque plangentium, Mortis qua Iudas proditor periit genus, Insomnium uxoris Pilati, Purpureum sive coccineum palli-



um, Caputum agitatio eorum qui Christo cruci suffixo illudebant, Metus sive consternatio centurionis aliorumque custodum Christum asservantium, Pectora denique sua quod percusserit omnis turba spectando itidem quæ Christo spiritum tradente fierent. Quibus omnino quoque accenseri debet Nardinum unguentum.

Sed de hisce quidem posterius recensitis alias, in ipsomet videlicet *Physica ac Medicina sacra* opere, ξὺν Θεῷ agere constitui: alterorum istorum priori loco enumeratorum contemplationi, simul tamen etiam Spineæ Coronæ ratione habita, unice nunc operam omnem impensurus, ordine quo contigerunt observato.

## CAPVT II.

### De Tristitia & Angore Christi.

**I**Nitium igitur faciendum est ab animi affectibus, quos Servator in horto sensit, eosque longe vehementissimos.

Alter est ingens Tristitia. περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχὴ μου ἕως θανάτου, Jesum dixisse scribunt Matthæus & Marcus. περίλυπος autem est supra modum tristis: sicut contra περιχαρής supra modum lætus. Quo sensu utraque vox accipitur ab Aristotele *lib. 4 ethic. ad Nicom. c. 3 vel 7*, & quarum aliarumque eum præpositione ista compositarum vocum vim diligenter notavit Budæus in *commentar. lingua Græca*. Pro eo deinde quod Matthæus λυπεῖσθαι, Marcus ἐκθαμβεῖσθαι habet. Hesychius: ἔκθαμβος, ἐκπληκτικός. Et: ἔκπληξις, ἐκφόβησις. Quod not. in cap. XIV Marci recte expressit Camerarius: *Admodum pavere, &, quemadmodum antiqui fuere locuti, externari*. Addit denique uterque Evangelista, Jesum cœpisse quoque ἀδημονεῖν. Hesychius: Ἀδημονῶ, ἀκηδιῶ, ἀγωνιῶ: additur ab aliis: λίαν λυπεῖσθαι. Idem: Ἀδημονῶν, ἀγωνιῶν. Et: Ἀδημονιῶν, ἀγωνιῶν, λυπεῖσθαι. Significanter iterum not. in cap. XXVI Matth. Camerarius: *ἀδημονεῖν significationem habet ingentis doloris & maximæ atque mortifera tristitiæ*. Nec minus plane vim vocis expressit Maldonatus *commentar. in Matth. XXVI, 37, hisce*

Bud. p.  
363, edit.  
Ascens.

Mald. col.  
588. B, c-  
dit. Mo-  
gunt.

hisce



hisce verbis: *Est ἀδνημονεῖν ita vehementi objecti discriminis metu angī, ut quodammodo exanimis & attonitus sis.* Quomodo in Hippocraticis etiam scriptis usurpatur. Quod pluribus insuper ostendit Foësius in *Oeconomia* sive *Lexico Hippocrateo*.

Alterum affectum Lucas *ἀγωνίαν* vocat. Cujus vocis genuinam vim non omnes interpretes perinde videntur esse affecti. A nonnullis etiam ita hoc ipso in loco exponitur, quasi non differat ab *ἀδνημονία*. Quo jam allatae explicationes itidem spectant. Nam omnes ejus acceptiones heic attendere plane fuerit alienum. Modo laudatus Camerarius *not. in h. l.* post generalem vocis interpretationem datam addit: *Nunc animi cogitationumque acerrimi motus gravissimaque perturbationes indicantur.* Sed & id adhuc generalius est dictum. Propius ad rem accedetur, ad peculiarem animi affectum vocem isthanc referendo. In cujus claram notitiam deducunt, quæ in opere *Problematum* Aristoteli vulgo sed perperam tributo, *sect. 2, probl. 26, 27, 31, & sect. 11, probl. 31, 32, 36, 53,* leguntur obtingere solita iis, qui sunt *ἀγωνιστῆς*. Quorum *problematum* primis plane gemina leguntur etiam notata Theophrasto *lib. de sudoribus*. Quæ omnia ubertim illustraverunt tum Daniel Furlanus tum Ludovicus Septalius tum Julius Guastavinius in *commentariis*: recte Gazam reprehendentes, quod Græcam *trepidationis* voce Latine reddiderit. Ita vero *sect. 2, pr. 31* describitur: *Ἡ Ἀγωνία, φόβος τις ἐστὶ πρὸς ἀρχὴν ἔργου, metus quidam est circa initium operis.* Ex parte videlicet est talis. Est enim affectus compositus ex ira & metu, prout in *problematis* quidem ejus natura describitur. Id quod Galenus etiam *lib. 2 de symptom. causis. c. 5* discrete tradit. Neque negandum, talem *ἀγωνίαν* potissimum deprehendi in iis, qui cum hoste sunt conflicturi. De quibus præcipue quoque agitur in *problematis*. Summus vir Hugo Grotius *annot. in Luca h. l.* ita definit: *Proprie Græci hanc vocem usurpant de eo motu animi ad grave periculum, qui tamen fortitudinem non expectaret.* Excitatur tamen etiam hic affectus sæpenumero cir-



ca tractationem rerum non plane gravissimarum, multo minus cum periculo conjunctarum. Qualis est *ἀγωνία*, quam complures sentiunt, ubi coram populo vel aliis, quorum conspectu moventur, verba sunt facienda. Ideoque non immerito dici potest *ἀγωνία*, quam in defectu commodioris vocabuli Angorem Latine vocemus, promptitudo rem quampiam aggrediendi, sed cum timore ac trepidatione. Id quod antehac jam tradidi *l. diæticar. commentar. c. 40.*

Omnes jam perturbationes animi vim suam protinus exserunt in sanguinem adeoque cor ipsum & consequenter in reliquum corpus. Unde in singulis peculiare eorum motus observantur. De qua re præclara est *l. c.* Galeni doctrina, digna proinde cujus saltem illa pars quæ ad præsens argumentum illustrandum proprie pertinet heic recitetur. *Licet motus anima, inquit, evidenter contemplari, cum in aliis multis, tum maxime in ipsius perturbationibus. Timor enim intro & ad principium tum spiritum tum sanguinem unà cum refrigeratione eorum quæ in summo corpore sunt abducit ac contrahit: Ira vero & foras agit & fundit & calefacit: quæ vero composita ex ambobus est, quam Agonian dicunt, inæquales habet motus. Itaque etiam pulsus tum arteriarum tum cordis iis qui timent, minimi ac maxime imbecilli sunt: iratis contra maximi & vehementissimi: his autem qui composita ex iis passione laborant, inæquales. Et post: Quod autem in timore semel & confertim, id in tristitia paulatim patiuntur: dissidentibus scilicet inter se passionibus iis non toto genere, sed magnitudine & vehementia. Et aliis rursus interjectis: Dolor autem cum animum contra (quam gaudium) cogat moveri, similia maximo timori affert symptomata. Quippe sub eo & color abit & perfrigerantur & rigent tremuntque, ac pulsu sunt parvo atque eodem privantur, demum moriuntur, similiter iis qui perterrentur. Refugit enim in his quoque ad principium innatus calor, resolviturque pariter & extinguitur. Cum autem mortem afferant ejusmodi perturbationes passionisque, nihil profecto miri est, si animi excitant deliquia. Hæc & multo.*



multo plura illic Galenus. Quæ tamen omnia non satis attendit Franciscus Valleriola, nulla prorsus Agoniæ ratione in suis *commentar.* habita. Ad id sane, quod in Agonia cordis arteriarumque pulsus sanguisque motus inæquales esse scribit Galenus, omnino quoque pertinet angustia & fluctuatio pectoris cordisque palpitatio, quas percipere solent quacunque de causa  
*αὐθιγάντες.*

Vtrumque igitur *πένθος*, tum Tristitia ingens, eaque cum pavore sive consternatione conjuncta, tum Angor, non potuit non vehementissime sanctissimum corpus percellere. Id quod eventus etiam postea manifesto demonstravit.

### CAPVT III.

#### *De Sudore ejusdem cruento.*

**A** Goniam protinus excipit Sudor cruentus, à Luca commemoratus. De quo priusquam peculiariter agatur, haud fuerit abs re quædam quasi prætereundo in univèrsam de sudoris natura & causis præmittere. Vbi quidem in contemplationem veniunt tum materia ejus, tum causa effectrix, tum partes & è quibus prodit & in quibus colligitur.

Materia itaque sudoris quin tenuis sit, nemo dubitabit. Sub vaporis etiam specie illum exhalare, non minus planum est. Id quod vel suomet corpori sudabundo manus admoventi cuilibet licet experiri. Ex ferrosioribus insuper massæ sanguineæ partibus attenuatis vel aliis etiam colliquatis eum generari, similiter omnino certum est. Tanto minus sane prolixam dilucidationem id ipsum exigit, quanto plus plane gemina experimenta in aliis etiam rebus subinde ab unoquoque possunt deprehendi.

Causa deinde sudorem proxime movens utique non potest esse alia nisi calor, utpote cujus solius est attenuare ac rarefacere. Quod vel in aqua bulliente atque fervente cuivis appareret. Vt aliis experimentis in re nimis manifesta producendis



nunc abstinenceatur. Sudorem vero ab eodem excitari, omnia quæ in sudantium corporibus observantur luculenter ostendunt. Non quidem promiscue quivis calor eum propellit, immo intensissime corpore calente sæpenumero vel nullus vel non nisi exiguus notatur. Interim nullus citra calorem majorem cietur.

Partes demum quæ simul heic in considerationem veniunt, partim sunt internæ, partim externæ. Quarum illæ quidem sudorem mittunt, non omnes tamen, sed eæ demum, quæ non duntaxat multum humoris in sese continent, sed alio quoque deferunt. Eæ vero nullæ aliæ esse possunt, atque ipsamet sanguinem vehentia vasa. Quæ quum per universum corpus continua sint, ex eorum minimis, alias capillaribus dictis, atque in extremam cutem ejusque poros desinentibus, sudores emitti necessarium est. Id quod insuper tum eo quoque confirmatur, quod in cuticulæ abrasione pororumque læsione observatur, tum quod alia nulla ratio sudoris sanguinei & unde is exeat queat dari. Pluribus enim argumentis nunc itidem non est opus.

Coëunt autem halitus illi quidem non nisi in summa cute sive potius cuticula, ita tamen ut ad id ipsum non omnis æque sit apta. Etenim nimis densa strictioresque poros habens raro nec facile sudorem admittit. Ex adverso quo rarioris ea textura fuerit meatusque laxiores, eo quoque citius & frequentius & copiosius is generatur. Vnde adeo fit, quod in aliis facile in aliis difficulter sudor moveatur. Similiter eadem de causa non in quacunque corporis parte æque provenit. Omnium promptissime in fronte, pectore, vola manus, planta pedis, aliisque nonnullis.

Fit igitur sudor in hunc modum. Quando calor serosior vel alium humorem attenuat, per cutis spiracula specie vaporum ille prodit. Quoniam vero cutis exterior est frigidior, halitus isti ad eam delati coëunt & in aquam coguntur. Non secus videlicet atque in artificiosa rerum destillatione resoluti & ex illis



profecti vapores ad frigidum corpus appulsi vel id transeuntes consistentiam nanciscuntur. Quomodo item in conclavi calefacto tempore hiberno vapores ad fenestras allisi densantur in aquam. Quomodo etiam eadem copiose adhærescere solet operculo, patinæ calidum humidumque cibum continenti imposito. Quæ omnia pluribus alias persequenda sunt, nunc quidem ut iis ulterius immorer instituti ratio non exigit.

Ex manifestis autem causis sudores expellentibus nunc unice attendi debent affectus animi. Quibus ut numquam non alias maxima planeque mirifica vis est in universum corpus, imprimis autem cor ac sanguinem: sic etiam circa sudorem vel movendum vel cohibendum non exigua competit facultas. Prodit præterea sudor ab iis excitatus modo in hac modo in illa corporis parte, prout per  $\pi\acute{\iota}\delta\theta$  calor cum sanguine in hanc vel illam præcipue agitur. Inter alia vero per metum quoque & angustiam cordis animique gravitatem solere sudorem cieri constat. Ita quibusdam etiam constantissimis in conspectu populi sudorem erumpere, non aliter quam fatigatis & æstuantibus solet, præter alia similia multis accidere solita eleganter notavit Seneca *epist. XI.* Per  $\alpha\gamma\omega\acute{\nu}\iota\alpha\upsilon$  quoque in nonnullis partibus itidem sudor manifesto percipitur.

QUOD igitur ad sudorem Servatoris pertinet, utique in tali ac tanta lucta quum constitutus is esset, non potuit etiam non tota massa sanguinis in eo vehementer affici. Composita videlicet est agonia ex duobus iisque contrariis aliis affectibus. Qui quum contrariis modis, singuli suo, sanguinem commoveant, sine ingenti ejus perturbatione id fieri nequit. Quod proinde  $\pi\acute{\iota}\delta\theta$ , agoniam inquam, sanguinolenti sudoris istius unicam quoque fuisse causam, ipsamet Evangelistæ narratio attente considerata luculenter ostendit. Quod videlicet Servator verus homo esset, hætenus etiam nihil humani (solo peccato excepto) ab eo fuit alienum. Quin igitur intuitu mox instantis &



tam acerbæ quidem tamque cruentæ tamque ignominiosæ mortis fuerit percussus, non est quod dubitetur. Hac sane de causa toties etiam deprecatus est Patrem suum cælestem, ut poculum illud à sese removeret. Nihilominus legationis & officii sui memor nec volebat nec poterat mortem, utpote qua *Ἐξουδετέρου* illud humani generis ab æterno interitu vindicandi opus peragendum erat, refugere vel declinare. Istanc autem sudoris istius fuisse causam, aliis etiam non obscure est observatum. Quos inter Balthasar Corderius *annotationib. in catenam Græcorum Patrum* in S. Lucam ita loquitur: *Physica huius sanguinei sudoris causa probabilius fuisse videtur non tam tristitia & dolor, quàm actus fortitudinis & audaciæ, quo Christus deliberata & efficaci voluntate atque actu appetitus à voluntate imperato, mortem & acerbissimos dolores, qui vivacissimè ei proponebantur, amplectebatur, & naturalem horroris affectum superabat, & hinc agonia existebat, ut ait S. Lucas. Ex tali itaque actu verosimiliter secutus est sudor sanguineus. Ab eo quoad rem ipsam non abit Jacobus Tirinus *commentar. in h. l.* quamvis in modo, quo sudor is generatus fuit, describendo potius occupatus. Quemadmodum ardor, inquit, ignis aquam distillare facit è rosis: ita astus angoris simul & amoris sanguinem è sacris Christi membris stillare coëgit. Id naturaliter fieri posse docet Aristoteles, maximè in corpore delicato, quod porosum est & subtiliorem habet sanguinem. Magnè autem angore & ardore animi magis inflammatur & extenuatur sanguis & pori aperiuntur, atque ita sudor primùm, (qui est serum seu pars aquosa sanguinis,) dein & sanguis ipse sudori permistus (unde noster dicit, quasi sanguis) facile excernitur. Nec aliter modum exponit Corderius: Cum sero etiam subtilior sanguis ex vehementi anxietate in porosis corporibus nonnunquam excernitur: nam angor inflammatur corpus, & extenuat sanguinem, ac poros aperit, atque ita sanguinem excernit, maxime si iam exsudarit omnem sudoris materiam. Hæc illi. Tametsi enim quid sanguis inde proprie passus sit, minus affectu esse videntur; id quod ex iis quæ demceps disputabuntur manifestum*



festum fiet: causam tamen ejus affectum isthunc animi fuisse diserte agnoverunt. Neque quidquam obstat, quod in aliis agoniam passis patientibusque simile quid non observatum sit observarique soleat. Varii quippe sunt gradus ipsorum singulorum affectuum, variaque corporum ac sanguinis temperamenta; nec in omnibus æque sunt ii vehementes, & proinde quoque non ejusdem violentiæ in singulis corporibus. Mixta quoque *παιδί*, qualis maxime est agonia, nunc alterutram nunc utramque ex qua constant simplicem affectionem habent graviolem lenioremve.

Haud desunt sane sanguinei sudoris alia quoque exempla. Qualia Aristoteles jam notavit *l. 3 de hist. animal. c. 19 & l. 3 de partib. animal. c. 5*, quibus utuntur etiam hunc in quo jam ipsemet versor locum tractantes commentatores. Ejusdem meminit quoque Theophrastus *l. de sudorib.* ex Monæ Medici observatione. Nec minus recentior historia nonnulla suppeditat. Notabile refert Maldonatus *commentar. in Matth.* & aliud Thuanus *l. 20 histor. sui temp.* à me jam memorata in *Dietet. l. c.* Quædam ex Rondeletii & aliorum observationibus repetit, fuse de eo differens, Marcellus Donatus *l. 1 de med. hist. mirab. c. 2*. Quibus alia insuper addit *ὁ κατέστει* & Thomas Bartholinus *hypomnematē IV de cruce Christi*. Et nonnullis quidem id accidit propter ingentem metum & consternationem: quam in hoc etiam Christi sudore fuisse in causa Maldonatus *ibid.* putat: *Quemadmodum, inquit, videmus omnes subito correptos metu sudare, ita Christum, qui delicatissima natura erat, non dicamus naturaliter apprehenso ignominiosissimo genere mortis sanguinem sudavisse?* subjuncta protinus historia quam modo indigitavi. Quod ut scriberet inde sine dubio factum, quod per *ἀγωνίαν* nihil aliud atque *ἀδηνουσίαν* metusque magnitudinem denotari censeret. Id quod aliis itidem visum.

Mald. col.  
190, D.

Sed inter sudorem sanguineum Domini nostri & aliorum omnino ingens interest discrimen. Etenim *primum* per sudorem talem in aliis non sanguis stricte dictus, hoc est, rubicundæ



& fibrosæ partes, sed massæ ejus ichor five serosiores partes rubedine tinctæ excretæ fuerunt. Aristoteles etiam id vitium contingere censuit, sanguine nimis humefcente & ferescente, idque propter ἀπεψίαν. Quæ Monæ quoque sententia fuit apud Theophrastum. At vero Servatoris nostri sudorem fuisse alium perspicue docent verba quibus Lucas utitur: Ἐγένετο ὁ ἰδρῶς αὐτοῦ ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος, *Factus est sudor ejus sicut grumi sanguinis*: quod ipsemet sanguis, proprie videlicet dictus, quique totam massam maxime constituit & ita denominari facit, in grumos coactus instar cruoris delapsus fuerit in terram, quomodo ex naribus aut vulnusculo guttatim solet effluere. Grotius quidem annotat. ad h. l. de simplici sudore duntaxat accipit: nimirum sudori non fuisse sanguinem permixtum: nam non dici, ἐγένετο ἰδρῶς αἵματος, sed, ὁ ἰδρῶς ὡσεὶ θρόμβοι αἵματος: fuisse verum sudorem qui emanavit, non tenuem tamen, sed crassum, quales esse solent grumi sanguinis. Sed isthanc interpretationem ipsamet sudoris natura vix videtur admittere. Tametsi enim alius sudor est tenuis, alius crassus; quorum iste ex superficie cutis prodiens aquosus est, ille ex profundioribus partibus colliquatis oritur: quod inter alia multa bene quoque observavit Theophrastus: tamen istiusmodi crassities, de qua nunc sermo est, in alio omni sudore numquam percipitur; immo fieri nequit etiam in unctuososive glutinoso, qualis est hecticorum. Notari videlicet apprime debet vox θρόμβοι, qua non guttæ, quomodo plerique tamen interpretes reddiderunt, sed grumi, qui cum guttis utique nequaquam unum idemque quid sunt, significantur. Quid autem proprie illi denotent, perspicue satis exponit Hesychius: θρόμβοι, αἷμα παχὺ πηκνὸς ὡς βῆνοι. Eapropter etiam particula ὡσεὶ non heic similitudinis comparisonisve, sed confirmationis certissimæque determinationis erit. Quod probe quoque notatum Corderio. Plane quomodo *Luca III, 23*, eandem quoque accipi doctissimus Casaubonus inter alios ostendit *exercit. 1. diatr. 9*. Quomodo item voculam *ἀσ. Ioan. 1, 14*, usurpari jam Chryso-



Costomus annotavit. Et vero universam sanctissimi corporis sanguineam massam vehementia affectus non duntaxat attenuatam, quod illis modo laudatis est visum, sed penitus insuper etiam dissolutam fuisse, deinceps pluribus ostendetur.

Aliorum *deinde* quibus id obtigit corpora non fuerunt omnibus modis sana, sed vel jam manifesto morbo affecta, vel saltem talia quæ neutra Medicis appellari solent. Id quod præclare Aristoteli observatum. Neque quidquam obstat, quod Maldonatus eum, qui Parisiis talem sudorem passus est, hominem robustum & bene valentem fuisse refert. Præterquam enim quod ipsemet id non vidit, utique potuit is nihilominus interno quodam corporis vitio laborare, præsertim quum robur corporis ex mole & externa specie duntaxat vulgo soleat æstimari. At Christus firma fuit valetudine. Nece quidem cum clarissimo Bartholino *hypomn. 4 de cruce Chr.* dixerim: *Emaciato corpore & varie vexato, vigiliis, itineribus, jejuniis, angoribus, metu rerum futurarum & mille malis, non mirum, si serosi melancholicique sanguinis congesserit proventum, qui, natura debili non repugnante, per sudorem fuit expressus.* Interim verissimum est, quod idem *dissert. de latere Chr. aperto c. 13* scribit: *Omniem sanguinis sudorem certissimo indicio vitium corporis denotare.* Fuitque Christi quoque corpus omnino tale reditum, sed non nisi tum demum & illo tempore, idque per vim commemoratarum animi affectionum, quum alias & antehac perpetuo incorrupta sanitate fuisset. Dominum vero integerrima valetudine fuisse usum, promte colligitur inde, tum quod nusquam eum morbo vel levissime tentatum legatur, tum quod omnes morbi perinde ut mors ipsa, cujus illi utique certissimi monitores atque prænuntii sunt, ὀψώνια & stipendia sint peccati. A quo quum Servator penitus esset immunis, necessario simul etiam ab id manentibus pœnis. Memoratur quidem esurivisse. At fames haudquaquam est morbus, sed appetentia maxime naturalis, nisi plane præter solitum sese habeat. Similiter dormivisse



narratur, item defatigatus ex itinere. Ita misericordia lacrimas ipsi expressit, Nihili certe est, quod Clemens Alexandrinus, Christum non fuisse fame tentatum, sed alia de causa comedisse, *lib. 6 Stromat.* scribit. Constat itidem, quam minus commode alii quoque priscorum Ecclesiae doctorum de Christi affectibus loquuti sint, imprimis autem *lib. 10 de Trinitate* Hilarius, isto nomine tum ab aliis tum à Joanne Gillotio dudum notatus. Longe aliter sane ipsemet Origenes, cui tamen inter novem illos errores sive criminationes, à quibus eum *Apologia* à Ruffino in Latinum translata purgat, quarto loco objectum fuit, quod *per allegorias ademerit omnia quae de Salvatore scripta sunt corporaliter facta*: hic, inquam, aliter de illis scripsit ipsiusmet operis *Peri archôn lib. 1*, ex quo prolixum locum excerptum profert in *Apologia pro Origene* sive Pamphilus sive (quod Hieronymus pertendit, quum tamen haecenus perinde sit, cujuscunque demum fuerit iste libellus, quod *lib. II investivar. in Hieron.* non male Ruffinus respondet) Eusebius. Sed de qua re alias. Quod autem mortem subierit Servator, nihil quidquam nostram assertionem impugnat, quum non ex necessitate naturali sed nostri causa id ipsum fecerit. *Servatorem igitur optimâ corporis constitutione & temperie praeditum fuisse nullum est dubium*: verba sunt venerabilis memoriae Georgii Calixti nostri *lib. 6 quat. Evangel. script. concord. c. 8*. Plane quoque ad mentem meam Martinus Schoockius *lib. de butyro c. 25* ita concludit: *Quum fuerit sine labe & separatus à peccatoribus, nec morti, nec morbis, ad mortem viam sternentibus, obnoxius fuit. Nam corpus Christi perfecte temperatum & expers omnis dyscrasiae fuit: quum intemperies minima quoque ad morbum habeat respectum, cui Christus obnoxius esse non potuit. An autem perfectissima temperatura & sanitas isthæc argumentum sit singularis pulcritudinis, qua Christi corpus insuper fuerit donatum, quod Hieronymus Mercurialis *l. de decorat. c. 1* inde deducit, (alii enim idem de Domini eximia*

lem. p.  
49, D,  
lit. Paris.

amph.  
omo IV  
per. Hic-  
on. p. 185  
c186, edit.  
roben.  
n. 1553.

Cal. p. 324,  
dit. ult.

sch. in f.

Merc. in f.



niaforma sentientes aliis rationibus utuntur,) alterius est disquisitionis expendere.

## CAPVT IV.

## De Spinea Corona.

**P**roxime nunc aliquid dicendum venit de Spinea corona. Tametsi enim Evangelicæ historiæ scriptores, ex quam spinosa stirpe desumpta fuerit, non exprimunt; sed simpliciter tantum Matthæus & Ioannes dicunt, petulantes milites Christo illudentes ἐξ ἀκανθῶν ἐ spinis eam contexuisse, Marcus autem & post Ioannes ἀκάνθινον στέφανον spineam coronam vocant: tametsi quoque præcise id ipsum novisse nostra nihil interest: tamen etiam heic sunt, quæ ab eruditorum curiositate non sunt aliena, præsertim quum nonnullis plantis peculiariter etiam nomen post inde fuerit inditum.

Et illud quidem ante omnia plane verosimillimum immo extra controversiam ponendum est, eam plexam fuisse ex arboris vel fruticis cuiuspiam ramis sive virgis flexionem admittentibus, non ex herba vel alia planta molli aut fragili adeoque ad id ipsum non apta.

Quænam vero proprie fuerit, de eo, ceu fieri solet in re dubia, perquam variantes sunt opiniones, in quibus recensendis occupatur clarissimi Bartholini *hypomnema IV de cruce Christi*, jam supra laudatum. Clemens videlicet Alexandrinus *l. 2 pedag. c. 8* factam fuisse coronam isthanc ἀπὸ βάρῃς ἐ rubo scribit. Sed præterquam quod illud non nisi levi conjectura nititur, vox βάρῃς multis sentium speciebus competit; quod probe quoque notatum Casaubono *exercit. 16, diatr. 74*.

Nonnulli Iuncum marinum in eum usum assumptum putaverunt. Quod Baronius in *Annalib.* tamen rejecit, & Casaubonus *l. c.* isto insuper argumento confutat, quod à nullo probatorum scriptorum cuidam junci species spinæ tribuantur. At vero jun-



cus marinus ὄξυς & ὄξύχου. Veteribus dictus nomen utique accepit à pungendo; utpote qui acuto & ad vulnus infligendum infesto acumine est præditus, quod Valerius Cordus annotat. in Dioscor. observavit; & juncus acutus est, pungitque acus instar, quum viridis, quod Bodæus commentar. in Theophr. hist. pl. tradit. Qui proinde juncus ista quidem de causa petulantia militum non minus potuit inservire, quam quæcunque spinosa sive aculeata alia planta.

Alii Berberin pro illa habent. Hanc enim Itali vocant Spinam sanctam cruciatam Christi, quod vulgus putet coronam Servatoris fuisse inde: Caspar Hofmannus scribit l. 2. de medicament. officinal. c. 35, §. 1: addens tamen: Sed verisimilior est sententia de Paliuro. Caspar Bauhinus etiam notis in Matthioli commentar. in Dioscor. refert, eam in hortis Italia nomine Spinae Christi coli.

Bodæus porro Stapelius in commentar. modo laudatis ita censet. Postquam enim Suidæ verba: ῥάμνῳ ἀκανθῶδες φυτόν μέγιστον πᾶσαν δὲ ἀμαρτίαν ἀκανθάν καλεῖ γροφῆ: Rhamnus spinosa planta maxima: omne vero peccatum spinam vocat Scriptura: recitavisset, statim subjungit: Hinc originem sumpsisse videtur, quod quidam scribunt, spinam Servatoris nostri Christi, ex rhamno fuisse contextam, cum verisimilius sit, ex Acatia fuisse, arbore Judæa familiari, quæ ἀκάνθη κατ' ἰξοχλῶ veteribus dicta fuit. Hæc ille.

Ab aliis demum ex Rhamno corona petita fuisse creditur, & primæ quidem speciei. Diserte sane id pronunciat Petrus Bellonius l. 2. observation. c. 88. Cujus integrum locum adducunt Iohannes Bauhinus & Ioh. Henr. Cherlerus amplissimæ histor. universal. plantar. l. 6, c. 12, (quamquam numerus capitum sit turbatus,) sed plane aliis verbis, atque quibus in Caroli Clusii versione expressus legitur. Idem cum Bellonio non multo post asseruit quoque Leonhartus Rauwolfus hederporici Germanice conscripti par. 3, cap. 8. Idem Bauhinus & Cherlerus notant, Anguillaræ epist. 3 primam Dioscoridis rhamni speciem dici, quæ



Romæ Spino santo, & in Abruzzo Spino di Christo vocetur: item Marcello *lib. de re medicinali* Salutarem & Spinam albam, qua Christus coronatus fuit. A quibus non multum quoque abeunt, qui paliuro locum heic tribuunt. Est enim & ille rhamnus quidam.

Est autem isthæc opinio reliquis omnibus probabilior, quod uterque & Bellonius & Rauwolfus tum coram loca ista inviserit & diligenter accurateque ad omnia attenderit, tum illius rei, quæ ad stirpium inquam notitiam pertinet, fuerit peritissimus. Accedit præterea, quod Bellonius tradat: *circa Hierosolymitana mœnia nullum fruticem spinosum frequentiore inventum quàm Rhamnum: nam neque rubum, aliúmve spinosum fruticem istic crescentem se invenisse, præter paucas cappares spinosas.* Similiter Rauwolfus rhamnum primi generis & extra & intra Hierosolyma copiose nasci affirmat. Sine omni quoque dubio milites arripuerunt stirpem maxime obviam quæque prorinus esset ad manus.

## CAPVT V.

De Myrrha condito vino, & Aceto cum felle misto.

SEquitur Myrrhatum vinum, Marco commemoratum. Quod si Servatori fuerit exhibitum, post alios luculenter ostendit Casaubonus *exercit. 16, diatr. 80.* Factum videlicet id esse ex more gentis, quo dari solitum supplicio afficiendis, ut doloris sensu & rationis usu privati horrorem illius minus attenderent. Idem quoque notat Sixtinus Amama *lib. 3. Anti-barbari Biblici, ad Proverb. cap. XXXI,* productoque in eandem rem uno & altero Apuleji loco, quod verberandi præsumptione myrrhæ seminare soliti fuerint, addit: *Atque huc facit, quod doctissimus Hispanus, Laurentius Ramirez in Pentecontarcho notavit, sicuti Romani olim semine erucæ in vinum infuso, ita etiamnum in Hispania, eos qui tormentis*

Am. p. 937  
& seq. edit.  
primæ; p.  
595 & seq.  
edit. se-  
cundæ.

mentis



mentis subjiciendi sunt, thure & myrrha (nota) se indurare, atque eo modo severos judices eludere. Hæc ille, quæ locum hunc mirifice illustrant, Quod autem de semine erucæ narrat Ramiresius, sine dubio desumpsit ex Plinio, qui *lib. 20 natur. hist. c. 13* ita scribit: *Ajunt verbera subituri potum ex vino, duritiam quandam contra sensum inducere.* Qua quidem vi si pollet illud, humido ejus excrementitio, quo caput gravat, id fuerit adscribendum. Quod quo modo agat, non difficulter indagari potest vel iis notatis, quæ more suo concise proponit Hofmannus *lib. 2 de medicament. offic. c. 86, §. 9 & 10*, dilucidanda tum ex aliis ejusdem operis locis, tum præsertim ex *lib. ejusd. cap. 74, §. 18 & seq.*

Quæ vero de Myrrhæ in eum finem usu illi tradunt, non aliena sunt ab iis, quæ de facultatibus ejusdem apud priuscos medicæ rei scriptores leguntur. Dioscorides enim *lib. 1, cap. 67* inter multas alias vires ei quoque *δύσπνιν καρωπυλὸν* gravem soporem gignendi vim tribuit. Galenus etiam *lib. 5 de simpl. medic. facult. c. 19* myrrham inter ea refert, quæ si largius bibantur, vel dementant, vel mortem inferunt. Similiter Avicenna *lib. 2, tr. 2, cap. 475*, scotomiam & somnum ab ea produci scribit.

Neque quidquam obstat, quod Rabbinus Thusineam rem usurpatum fuisse tradant. Vel enim illi speciem pro specie nominaverunt, vel utrumque fuit exhibitum. Quod & Casaubono & Amamæ quoque visum. Est autem & hoc Medicorum antiquorum observationibus plane consentaneum. Dioscorides sane *lib. eod. c. 70* ita scribit: *Δίβαν & μανιώδης ὅτι πινόμενον ὑπὸ πῶν ὑγιαίνοντων, πλείων δὲ μετ' οἴνου πρὸς καὶ κτείνες.* Thus insaniam facit haustum à bene valentibus, largius autem cum vino potum etiam perimit. Avicenna quoque *cap. 532* plurimum ejus usum facere sode siye capitis dolorem, item cum vino interficere, similiter cum aceto, tradit. Quo pertinet, quod Simonis *libro siye III Maccabæor. V, 1 & 30* legitur, Ptolemæum Philopatorem jussisse largos pugillos



pugillos five manipulos thuris & vinum copiosum merum elephantis, in Judæorum multitudinem immittendis, ut efferarentur, potandos dari. Majori quippe numero præbendum fuit, habitatione tam vasti corporis. Quod autem vinum simul memoratur exhibitum, idque meracum, salvis illis Medicorum de mortifera potionis ejus vi assertionibus bene potest admitti. Namque id sine dubio de effectu non nisi aliquando subsequente est intelligendum.

Scilicet hæc & ejusce generis alia sunt *ναρθηρα*, quæ vaporibus caput opplendo nunc ejus gravedinem, nunc dolorem, nunc soporem, nunc mentis perturbationem, nunc alios affectus excitant. Quam causam *ibid.* quoque protinus adjunxit Galenus. Idem *l. 2 de compos. medicam. secund. loc. c. 1* myrrhæ odorem plurimis etiam sanis dolorem capitis inducere, ideoque eos ipsos qui jam caput dolent non parum inde offensum iri, quibus tamen eam inter alia commendaverat Apollonius, scribit. Ad quem locum Avicenna respiciens peculiariter epilepticorum meminit. Idque sane merito, manifestamque ob causam. Patet autem simul ex allatis, utriusque istius succi, myrrhæ inquam ac turis, affines esse facultates: & huc quoque commode referri, quod idem Avicenna scribit, *myrrhæ fumum esse in homogeneitate fumi olibani*; quomodo quidem eum loquifecit interpret. Ut dubium quoque fortassis non sit, quin utriusque promiscuus in eum de quo ago finem fuerit usus. Id quod de Hispanis etiam expresse memoravit Ramiresius, quodque *notandum* recte monuit Amama. Ut proinde quoque non sit, quod aliam causam, cur potio isthæc illo tempore Servatori fuerit exhibita, quis quærat.

Tametsi vero istis talis vis inest, ne utiquam tamen ea propter illa protinus ab usu medico removeri debent. Immo decenter ac recte usurpata tantum abest ut valetudinem lædant, ut eam juvent & insigniter profint. Ipsummet sane tus rationi conferre &



caput confortare tradit Avicenna. Nocent itaque *primum* iis potissimum, quibus debile caput est & humoribus abundat. Quod bene de myrrha notavit Caspar Hofmannus *l. 2 de medicament. officinal. c. 154, §. 32 & 33*. Par autem ratio est & aliorum. Id ipsum *deinde* non fit nisi ab imprudenti ac nimio eorundem usu. Plane quemadmodum crocus & generosi quique potus nunc salutem nunc eadem cum iis mala afferunt, prout moderate vel immoderate, tempestive item vel intempestive usurpantur. Ab unico itaque grano thuris vel myrrhæ, cujus Rabbini meminere, utique talis aliquis effectus nequaquam potuit edi. Quod si tantillum duntaxat fuit exhibitum, ex mera consuetudine falsa que de facultatibus earum persuasione, ceu vulgo fieri solet, id factum fuit.

PRÆTEREA quoque tale vinum non duntaxat alias in usu, sed etiam in delitiis fuit. Id ipsum sane disertè memoravit Plinius *l. 14 natur. hist. c. 13* hisce verbis: *Lautissima apud priuscos vina erant, myrrhæ odore condita: productisque in eam rem Plauti, Dorsetti, aliorumque testimoniis, ita concludens: Quibus apparet, non inter vina modò murrhinam, sed inter dulcia quoque nominatum.* Quam Plinii assertionem operose agit Salmasius in *Plinian. exercitationib. in Solini polyhistora*, ipso nugarum accusato.

Sed *primum* locus ipse Plinii omnino rectè se habet, eumque ab omni corruptionis suspitione manifesto vindicant, quæ paullo post *ead. lib. c. 16* leguntur illa: *Aromatiten quoque invenio factitatum tantum non unguentorum compositione, primo è myrrha, ut diximus, mox & nardo Celtico, calamo, aspalatho, offis in mustum aut dulce vinum desectis: & quæ sequuntur. UT DIXIMVS,* inquit, priora ista certissime denotans. Ut proinde non opus sit ulla alia lectione, quarum nonnullas affert Salmasius: multo minus pro *myrrhæ* voce *pomorum* legendum, quod ipse censet; utpote quod plane nihil ad rem facit, nec ullo modo cum illis ipsis convenit, quæ deinceps is contra Plinium disputat, mox expendenda.



Tametsi deinde murrhina à  $\mu\acute{\upsilon}\rho\rho\alpha$  id est unguento dici potuit, quod Salmasius pertendit: neutiquam tamen absurdum est, à myrrha fuisse denominatum, immo longe verisimilius.

Quod enim tertio vir doctissimus negat, ullum vinum myrrha conditum in usu communi ac deliciis apud priscos fuisse, falsum est. Fuit videlicet myrrha in frequentissimo usu unguentatio, adeo ut non duntaxat una stacte simplex & non compositum unguentum præbuerit, quod ex quorundam sententia lib. de odorib. Theophrastus refert, & inde acceptum Plinius l. 13, c. 1, ita scribens: *Myrrha & per se unguentum facit sine oleo, stacte duntaxat: sed etiam præstantiora & pretiosiora quæque composita unguenta myrrham receperint; quod ex Theophrasti lib. eod. Dioscoridis l. 1, c. 57 & sequentib. Plinii lib. ejusd. c. 1 & 2, aliorumque scriptis constat. Talia porro unguenta vinis infundebant: quod vel ex eod. lib. Theophrasti abunde liquet: ut aliis testimoniis in re tam manifesta non utar. Infuderunt autem ea, quod propter vicinitatem utriusque sensus odorata gustum simul quadamtenus afficiant: ceu Theophrasto itidem diserte notatum. Vnde Plinius etiam l. eod. c. 3 luxum illum perstringens: *At hercule jam quidam etiam in potus addunt: tantique amaritudo est, ut odore prodigo fruantur ex utraque parte corporis. At Myrrha speciatim maxime propter odorem expetita & in præcipuis odoribus habita fuit. Dioscorides etiam inter legitimæ myrrhæ notas ἐπιώδειαυ recenset. Quod ideo singulatim recte attendit Hofmannus l. 2 de medicam. officin. c. 154, §. 17. Stacten insuper peculiariter inter πολύσδμια refert Theophrastus. Sed & illa ipsa odorata adeoque myrrham seorsim vinis mista fragrantiora ac suaviora & reddi & ea reddere, memorat idem ille toties jam laudatus ac porro laudandus optimusque hac in re magister. Ut proinde dum hoc nomine Plinium impugnat, & tamen  $\mu\upsilon\epsilon\acute{\rho}\rho\alpha\ \delta\acute{\iota}\omega\sigma\iota$  dictum ait temperatum unguento, vel cui superfundebatur unguentum, simul eopse sibimet ipsi**

Th. n. 4  
edit. Far

Th. n. 1  
& 19 & 101

Th. num  
19 & 102

Th. num  
68.

Th. n. 20  
& 68 & 79  
& 101.



rursus adverfetur eruditiffimus Salmafius. Ideoque Plinium recte quoque defendit Furlanus *commentar. in lib. de odorib. num. 68.*

Neque *quarto* quidpiam obftat amaror myrrhæ, quem vir plurimæ lectionis cauffatur. Nam *primum* tamenfi Theophrastus & Dioscorides aliique myrrham amaram pronuntiant, id tamen non protinus de immodico tali fapore debet vel poteft accipi, quod ut nulla non alia fic τὰ πικρὰ quoque magnam habeant latitudinem; ceu bene notavit *ibid.* Hofmannus. Myrrham vero inter τὰ ἔχοντα ΤΙΝΑ πικρότητα, ea quæ ALIQUAM habent amaritudinem, diferte refert Theophrastus. Plinius etiam *l. 12, c. 16,* eam probari fcribit, quæ fit *gustu LENITER amara:* mox addens, adulterari cucumeris fucco amaritudinis cauffa. Ad idem *deinde* illud, quod ab amaritie petitum contra dicitur, eleganter jam tum respondit ipfe Theophrastus: & vini fuccum potentiffimum copiofioremque effe, ut superari non poffit; & dum bibitur, nihil temporis gustui infumi, fed folum attingi, ut quod fuave quidem eft fensui offeratur, quod autem amarum & ingrati faporis gustui non repræfentetur. Sed & *tertio* ad odores tales imbibendos non quodcunque vinum fed dulce maxime effe commodum, idem fcribit. Quale etiam fine dubio in luxus illud genus fuit adhibitum, murrhinamque dulcibus accenferi fecit. Id quod bene quoque vifum doctiffimo Furlano in *commentar. n. 68.* Dulci videlicet vino aromatatum & unguentorum amarities ac gravitas magis temperata, illisque fimul & ipfimet major fuavitas acquifita fuit. Præterea *quarto* ejufmodi subamara infuper acrimoniam quandam & calorem obtinent, quibus gustum juvant, & vinis quibusdam admifta velut ftimulum induunt; quod itidem notatum Theophrasto. Est autem & ipfum dulcibus vinis quam maxime commodum.

Quod *quinto* contra Plinium affertur medicatum vinum, è myrrha pipere iride anifo compositum, & à Dioscoride *lib. 5, cap. 44,* defcriptum, prorfus præter rem fit ac frustra. Tamenfi  
enim

Th. num.

Th. num.

Th. num.

Th. n. 20,  
68, 75, 101.

Th. num.



enim myrrha, item iris, in medicum usum illic adscita fuit: tamen id nihil obstat, quo minus alias eadem voluptati quoque inferuerit. Perinde videlicet ut nulla non aromata alia talesque odores, è quibus unguenta isthæc componebantur, immo unguenta ipsa, vere proprieque dicta fuerunt ac sunt medicamenta: & tamen in instrumenta luxus olim versa sunt hodieque vertuntur.

Neque vero mustum duntaxat, quo Plinianam asseverationem vir longe doctissimus infringere *postremo* conatur, sed etiam vinum ita soliti fuerunt condire. Diserte sane id tradit Theophrastus. Cujus vel unius testimonium instar omnium merito haberi debet. Adduxit autem jam tum & alia quædam Furlanus in *commentar. num. 19*. Plinius etiam ipse aromatiten factitari scribit, *offis in mustum AVT dulce vinum desectis*, loco antea jam indicato.

Nolo fusius id persequi, quod (nisi prorsus omnia me fallunt) Plinianæ assertionis veritas satis luculenter sit evicta. Quemadmodum vero alias pleraque alia omnia istiusmodi unguenta, solo rhodino excepto, capitis gravedinem & dolorem creaverunt; quod Theophrasto memoratum: ita sine dubio quoque talibus odoribus condita vina *καρηβαειαν* & ebrietatem gignendi magna vi polluerunt. Id quod, ut & hæcenus in hanc rem disputata cetera omnia, propositum argumentum non parum (credo) insuper illustrent.

EST autem longe verosimillimum, extremam illam portionem à mulieribus Christum sectari solitis aut aliis etiam ejus amicis ac familiaribus fuisse præparatam. Cui postea militum Judæorumve petulantia acetum cum felle permixtum, Matthæoque XXVII, 34, commemoratum, substituit. Id quod post alios etiam placuit Casaubono. Nec enim ulla suppetit urgens ratio, cur *fellis* voce aliud quid intelligi debeat: quasi videlicet *χολη* quemvis amarorem heic designet, sive absinthii sive fellis sive myrrhæ: quamquam præclaris viris ita visum. Etem *primum* sæpe quidem



tum in aliis tum in sacris scripturis utraque & absinthii & fellis vox metaphorico sensu accepta legitur: sed rerum de quibus agitur natura & habitu manifesto id ipsum postulante. At heic nulla prorsus apparet necessitas, quæ jubeat à propria vocis significatione recedere. Constat *deinde* ex iis, quæ modo fuse sunt dissertata, myrrham plane notabili amaritudo non valere: nec magis quam aromata & odores alios, quos veterum luxuria unguentis immiscuit: quorum tamen omnino nullum strictè dictis amarum unquam fuit accensum. Verissimum quidem est, quod Theophrastus, incomparabilis ille in hoc & multis aliis bonæ eruditionis generibus magister, scribit: ὡς Πίπτον τὰ ἔννομα, δύσχυλα, καὶ στυφνὰ, καὶ ὑπόπικρα, *Vt plurimum benevolentia, ingratis saporis, & adstringentia, & subamara*; quod deinceps itidem repetit: ne utiquam tamen ullum horum cum absinthio vel felle vel alio tali quopiam amaroris nomine in contentionem ullo modo potest venire; quamquam itidem recentem καὶ ὑπερβολὴν amarum esse idem notavit. Myrrham certe (cujus causa seorsim nunc agitur) in exemplum sive specimen insignis amaritudinis, perinde ut absinthium & fel, uspiam legi commemoratam, non temere probabitur. Idcirco non est, quod per *fel* aliud quidpiam nisi bilem flavam denotari existimetur.

IDEM similiter etiam de *Aceto* dicendum. Per quod itidem non ipsum sed vinum denotari sunt qui censeant, eo argumento moti, quod Marcus ejus meminerit, utpote rei ipsi morique Iudæorum gentilitio magis convenientis. Unde fortassis etiam factum, quod jam olim in nonnullas editiones ac versiones pro voce ὄξος vox οἶνον sive vinum significans recepta fuerit, à clarissimo Sauberto in *Variis lectionibus textus Græci Evangelii S. Matthæi* summam pronuper indicatas. Quin eam lectionem, quæ *acetum* habet, vitiosam esse pertendit Maldonatus *commentar. in Matth.* Idem pronunciat Corderius *annotat. in caten. Patr. Græc. in S. Lucam.* Sed horum quidem isthæc emendatio prorsus violenta est,

Th. num. 1.

Th. num. 2.

Th. num. 54.

Mald. col. 631, A.

Cord. p. 604, col. 1.



est, in Vulgatæ Latinæ versionis favorem, ejusque imperatam *αὐθεντικῶν* stabilendam, facta. Summus vir Hugo Grotius *annotat.* tum *ad Matth. h. l.* tum *ad Ioan. XIX, 29*, nihil quidem mutat, eam tamen affert interpretationem, quæ ab eorum sensu, qui diversam lectionem sequuntur, non sit aliena. Per *ὄξυς* quippe intelligi vinum factitii saporis, quale fuerit hoc sive thure sive myrrha conditum, quod recepto more ad supplicium euntibus dari solebat. Quidquid autem sit de vocis *ὄξυς* aut *acet* tali tamque lata acceptione, equidem heic quoque nullam video justam causam, perinde ut modo de *felle* ostensum, quæ à vulgari omnibusque nota significatione discedere suadeat. Et vero si *Fellis* vox in proprio sensu est accipienda; quod nonnulli etiam ex illis ipsis, qui Vulgatam tamen observare coguntur, fecerunt; quidni idem quoque in *Aceto* debet fieri?

## CAPVT VI.

*De Solis obscuratione.*

**V**ENIMUS ad obscuratum Solem, cuius solus Lucas signato, Matthæus autem & Marcus generatim duntaxat tenebrarum factarum, quarum tamen etiam ipse Lucas antea mentionem fecit, meminerunt. Notum vero est alias, Soli reapse tenebras non offundi, sed lumen ejus duntaxat intercipi, luna inter eum ac terram nostrumque adspectum posita. At Solis iste defectus, qui tempore passionis Domini evenit, prorsus à naturalibus causis fuit alienus: utpote qui plena luna contigerit, quæ & ipsa eopse die, sed naturaliter, eclipsin est passa; id quod aliunde constat. Ideoque non etiam est, quod in ejus causis & quomodo facta sit indagandis quis operam ponat, quum in ejusmodi rebus nihil aliud præter admirationem nos afferre possimus. Non defuit tamen etiam heic perinde ut alias ingenii humani curiositas. Quæ quidem in diversas opiniones homines doctos traxit, quas præter alios summatim collectas proponit Ioannes Maldonatus.



ald. col.  
43 & seq.

Cord. p.  
608, c. 1.

*commentar. in Matth. XXVII, & Ioannes Baptista Ricciolus* *tomo 1 Almagesti novi, l. 5, c. 18, f. 4.* Utque miraculi magnitudo tanto magis amplificaretur, in uno plura, veluti partes totius, annotaverunt. Alii videlicet tria, alii quinque, idque non prorsus iisdem modis, alii septem, Ricciolo *f. 5* enumerati. Quinque item Corderius *annotat. in Caten. Græcor. Patr. in Lucam*, sed paullo aliter atque isti. Ricciolus ipse decem agnoscit. Ex omnibus autem opinionibus præcipua & potissima est, Dionysii Areopagitæ vulgo dicti assertioni subnisa: factum id esse lunæ, extra ordinem loco suo motæ, ac deinde ad priorem resiliens, Solem inter ac terram interpositione.

Sed *primum* quidem quod ad Dionysium illum pertinet, quantum illi sit tribuendum, eruditorum neminem temere fugit. Cujus proinde solius testimonio quum id referatur, in alto aliorum idoneorum scriptorum silentio, utique tuto nequit admitti. Neque vero *deinde* quæ ratione naturaliter Sol obscuratur, eadem etiam tum idem fieri oportuit. Etenim ab eo, quod juxta consuetum naturæ ordinem, ad id, quod præter eundem fit, institutæ argumentationi plane nulla vis inest, nulla consequentia. Frustra quoque *tertio* modus miraculorum quo facta sint sollicitè indagatur, multo minus tanquam certus potest definiri: nisi quando ab ipsismet scriptoribus simul narrationi fuerit insertus. Quidni igitur etiam heic inscitiam nostram potius profiteamur? Perinde ut densam triduanam caliginem Ægyptiis divinitus immissam, *σιορασια* item Sodomitis Lothi ædes oppugnantibus, Iudæis Christum in templo lapidibus petere conantibus, aliamque aliorum, certissime novimus; modum licet horum omnium penitus ignorantes. Omnino videlicet placet, quod *annotationib. in Luca cap. XXIII, ver. 44*, Guilielmus Estius scribit: *Hunc solis defectum, sive per retractionem radiorum ejus acciderit, sive per corporis alicujus interpositionem, sive per luminis extinctionem, (modus enim incertus,) certum tamen est, & minime dubitandum, miraculosum fuisse, & contra consuetum naturæ ordinem.* Hæc ille.



Miraculi præterea magnitudinem satis superque absolvit magni lucidissimique luminaris prorsus insolens ac supra naturæ ordinem facta obtenebratio. Suntque prodigia quæ in sublimi fiunt, quæ quidem vere talia sunt, (nec enim promiscue quæcunque illic apparentia ostenta ejuscemodi sunt, utut vulgo habeantur,) maxime terribilia maximeque ominosa. Qualibus etiam signis supremum iudicium appropinquans portentum iri Jesus prædixit. Unde Augustinus *epistola 80* illa cum Solis isto defectu comparans ad Hesygium ita scribit: *Signa vero de cælo & terra, numquid majora nos vidimus, quàm qui fuerunt ante nos? Nõne si gentium legatur historia, tanta mira reperiuntur extitisse de cælo terraque, ut aliqua etiam non credantur? Sed ut multa omittam, quæ prosequi longum est, duos soles quando nos vidimus? quos visos literis mandaverunt, qui tunc fuerunt ante quàm Dominus venisset in carne. Quando nos vidimus Solem sic obscuratum, quemadmodum obscuratus est, cum lumen mundi penderet in ligno? Nisi fortè defectus solis & lunæ, quos consueverunt computatores siderum annotare atque prædicere, inter cælestia prodigia numerabimus, quia lunam sæpius in sua plenitudine, solem vero rarius, sed tamen vidimus in fine lunæ secundum eorum computum defecisse. Non erat talis solis ille defectus, quando crucifixus est Christus, & ideo vere mirabilis erat & prodigiosus. Pascha quippe fuerat Iudeorum, quod non nisi in plenitudine lunæ celebratur. — Quid ergo tale unquam quisquam meminuit apparuisse de cælo, ex quo Dominus illa prædixit, quale apparuit quando passus est? Quare sic apparebunt etiam talia, si non spiritaliter potius intelligenda sunt? Tunc apparebunt, quando finis sic appropinquabit, ut debeant apparere. Hæc ille. Nec incommode *serm. 56 de Evangelio æterno, par. 2, art. 2, cap. 4, n. 3*, Bernardinus Senensis de passione Christi agens notavit: *Mutatio corporum istorum inferiorum multis causis contingere potest. Sed cursus cælestium solus Deus mutare potest. Ideo ad suam humanitatem probandam maxime conveniens fuit in eis miracula operari. — Tunc enim maxime conveniens fuit ejus divinitatis potentiam habere testimo-**

Aug. to. 1  
col. 361, f. 8  
362, edit.  
Froben.  
an. 1556.



nium à caelesti natura, quando ejus infirmitas monstrabatur in terra. Quod quidem erat dum parvulus erat vagiens in praesepio. Sed maxime quando mortuus fuit in crucis patibulo. Proinde utroque tempore Iesu de specu (fortasse de speculo legendum) in terris, astra perhibent testimonium in caelis. Ad eundem quoque modum Joannes Picus l. 4 adversus astrolog. c. 14, post alia ex S. scripturis adducta miracula: Prodigium Verbi corporati, & virginis puerperii, quum mentium supra mentium naturam divinitus afflatarum oracula annunciarunt, tum in ipsis corporibus caelestibus & terrenis prodigia mille testificata sunt, dum immensum illud (videtur addendum cum) Domino novum sidus exoritur. Nunc cum eodem in cruce deficiente, sol luna plena, contra naturae ordinem deficit.

Ruff. p. 109,  
med. to. 4  
oper. Hic.  
synymi.

Quibus non possum quin addam insignem locum Ruffini ex *Exposit. Symboli*, vaticinium quoddam Zachariae prophetae huc pertinens declarantis: Zacharias propheta: In illa, inquit, die non erit lux &c. & ad vesperam erit lux &c. Quid est, neque dies neque nox? Nonne aperte de insertis diei tenebris, & revocata rursus luce differuit? Non fuit illa dies, neque enim incepit ab ortu solis. Neque integra nox fuit: non enim peracto diei cursu, spatia sibi debita, vel ab initio suscepit, vel ad ultimum determinata perduxit, sed fugata per impiorum facinus lux reparatur ad vesperam. Post horam enim nonam depulsis tenebris sol redditur mundo.

## CAPVT VII.

### De Siti Servatoris.

INde considerandam sese offert Servatoris Sitis. De cujus affectus natura & causis ceterisque omnibus eo pertinentibus alias fusius agetur. Nunc illa duntaxat adduxisse sufficiat, quae ad rem praesentem huncque locum illustrandum praecipue faciunt.

Convenit itaque primum notare, sitis in universum omnis proximam causam esse vel caliditatem vel siccitatem vel utram-

que



que simul. Pro eius etiam proinde diversitate nunc frigidum nunc humidum nunc utrumque simul desiderari. Quod enim simul aliæ quædam qualitates appetantur, casu fit. Bene videlicet *commentar. in l. 2 de anima, cap. 3, tex. 28*, Ioannes Philoponus, sive potius apud eum Ammonius: *Cupiditas primo cupitea, per qua nutritur; scilicet humida, & sicca, calida, & frigida: per accidens vero sapor appetit, & colores, & alia sensibilia. Namque (exempli gratia) qui vinum cupit aut album, aut dulce, id quidem ex consuetudine quadam per accidens cupit. Nam primo quidem liquidum cupit. Saporem tamen præ aliis appeti, non est mirum: utpote quum gustus sit tactus quidam, ac sapor  $\delta\iota\omicron\nu\eta\delta\upsilon\sigma\mu\acute{\alpha}\tau\iota$  quasi condimentum quoddam cibi ac potus; ceu præclare Aristoteles *ibid.* & alias docuit. Quod autem ægrotantium & convalescentium appetentia in certorum saporum cibos ac potus sæpenumero fertur, equidem non tam consuetudini tribuerim, quam potius vitio & languori stomachi eorum, plane geminum quid patientium cum illis, qui pica laborant. Quale quid delicatulis etiam obtingere solet.*

Desiderium *secundo* illud excitant & augent variæ multiplicesque manifestæ, Græcis  $\omega\epsilon\gamma\kappa\alpha\tau\alpha\gamma\epsilon\eta\kappa\alpha\acute{\iota}$  dictæ, causæ: ita ut quanto major earum vis fuerit, tanto flagrantior quoque sitis reddatur. Quas inter alios diligenter enumeravit Alexander Benedictus præclari operis *de omnium à vertice ad plantam morborum signis, causis, &c.* (in Veneta editione, quæ omnium prima est, titulus aliter habet) *lib. 12, cap. 23 & seq.* In quibus sunt: aër, assumpta, sub quibus diversa rursus comprehenduntur, vigiliæ, larga sanguinis profusio aliorumve humorum evacuatio, plagæ, validi corporis motus, animique perturbationes.

Tametsi *tertio* fitis sedes in ventriculo proprie est, sæpenumero tamen fit, ut ea ab aliis etiam partibus, eum per consensum simul afficientibus, excitetur. De pulmone id jam olim Aristoteles notavit *l. 8 de histor. animal. c. 4, & l. 3 de partib. animal. c. 8*. De aliis partibus Galenus. Cujus loca expendit Caspar Hof-



mannus l. 2 *variar. lection. c. 11*, & l. 4. *institut. Medic. c. 9, §. 4*; ipse met plura in eam rem afferens *ibid. & l. 3 institut. c. 27, §. 1, 2, 4, 5, 6, & l. 4, c. 9, §. 6, & l. 4, c. 12, §. 5*, alibi que. Id quod etiam à Sebio perspicue ostensum l. 5 *de alimentor. facultat. probl. 95*.

Unde quarto quoque est, quod pro caussarum locorumque affectorum sitim efficientium diversitate non eadem remedia ad eam sedandam promiscue vel æque semper conducant. Varia quippe sunt desiderium istud explendi facultatem obtinentia, eumque in finem usurpari solita. Quorum octo modos sive genera Ioannes Herculanus *exposit. in Avicenn. de febribus* constituit. Sunt tamen iis quæ queant addi: ex omnibus autem magnopere quidpiam heic præstare valentibus præcipua ista: potus, aër, aquæ vel succi tam liquidi quam concreti aliave ore detenta, balnea item fottus & infessus. De quorum conducibili usu ut & sitim gignentibus caussis mihi quoque quædam disputata sunt l. *diatetic. commentar. c. 24 & 29*. In solo sane potu convenienti seligendo permagnum est discrimen. Quod seorsim circa oxycrati usum expendit Galenus l. *de simplic. medicament. facultat. c. 29 & 30*. Alium quippe potum exigit sola caliditas, alium sola siccitas, alium utraque juncta: alium præterea hæc, alium illa, talem *δυσκροσία* stomacho inducens caussa: alium item atque aliū alia atque alia corporis pars, ejusque alius atque alius affectus. Nec enim dixerim cum Philopono vel Ammonio: *Frigidum potum dixit (Aristoteles.) Nam quamvis aqua calida bibatur, calida inquam actu,* (ita quippe sine dubio legendum, non tactu; Græca namque inspiciendi facultas jam non datur,) *potentiam tamen frigida est; unde eam depellit siccitatem, quæ de siti orta est; & qui valde sitiunt, frigidum cupiunt adeo, ut neque vinum, nisi compellantur, adeant.* Enimvero præterquam quod isthæc expositio Aristotelis sententiæ minus sit congrua, eodemque modo liquidum voce siccum, calidi quoque ac ficci frigidum & humidum pariter intelligenda forent; quod esset absurdum: utique aqua actu calida non exstinguit sitim à calida caussa productam refrigerando,

Here. fol.  
90, p. 1, c. 2,  
edit. Ve-  
net. ap.  
lunt.

Dixit. p. 152,  
153, 167 &  
169q. 210.



rando, sed quam siccitas excitavit humectando; quod ibi manifesto videtur confundi. Et qui frigidum appetunt, non quod potestate, sed quod re ipsa tale est, appetunt. Ideoque non minus, immo multo magis, aquam calidam, quam vinum aliumve potum generosum frigidum, fugiunt.

HISCE vero ita constitutis haud difficile jam fuerit causas sitis, quam Servator tum sensit, proferre. Scilicet *primum* gravissimis animi affectibus maximopere fuit percussus. Nocte *secundo* qua captus, nullus ei somnus concessus, nulla requies indulta. Hinc inde *tertio* & ab uno iniquo iudice ad alium raptatus. Ac *quarto* flagris concisum corpus spinisque punctum caput. Quarum causarum tanta vis est, ut singulæ justam sitim concitare valeant. Quam proinde quoque oportet fuisse feruentissimam, toto corporis habitu & universa sanguinis massa tot modis perturbata, hoc insuper è plagis inflictis manibusque ac pedibus perforatis large destillante. Sitis isthæc *quinto* maxime intensa fuit sub obitum. Qualis alias etiam sæpenumero observatur in spiritum mox reddituris, ab eiusmodi causis magna intemperie calida ac sicca producta, viribusque inde prorsus exhaustis.

### CAPVT VIII.

#### De Aceto & Hyssopo.

Potum desideranti porrectum fuit Acetum, tribus Evangelistis commemoratum, Matthæo, Marco, Ioanni: addito Hyssopo, quod solus Ioannes annotavit. Quorum utrumque diligenter itidem debet expendi.

Fit quidem simul etiam *Spongiæ* mentio. Neque desunt ex eruditis, qui peculiariter eam quoque attendendam esse censent. Adhibitam videlicet esse, quod facultatem obtineat sanguinem sistendi, mitigandi, discutiendi, vulnera conglutinandi. In eos similesque alios usus commendata Dioscoridi *l. 5, c. 96*, &



Plinio *l. 37, c. 23*. At ut tale quid sive præstiterit sive præstare poterit ita in usum adscitum, prorsus fieri nequit. Ideoque merito id ipsum ridet Casaubonus *exerc. 16, diatr. 27*. Nihil aliud quippe nisi vicem vasis sive vehiculi præbuit.

QUOD autem ad ACETUM pertinet, quibusdam visum est, ludibrii duntaxat causa Servatorem illo fuisse potatum. Ad quam opinionem accedit etiam Casaubonus *diatr. 28*. Quominus tamen idem sentiam, tum universus iste apparatus obstat, vas videlicet, acetum, hyssopus, spongia, arundo, ex consueto more id esse factum non obscure arguens; quod ipsemet vir summus notavit: tum seorsim hyssopum, cui acetum eundem ob finem earundemque virium ergo fuisse additam necessum est, quum cetera mera duntaxat instrumenta fuerint, partim liquorem istum continentia, partim commodæ exhibitioni inservientia.

Nonnulli sanguinis sistendi ergo fuisse præbitum censuerunt. Et vero omnino pollet acetum insigni tali vi: tum calidam intemperiem & effervescentiam sanguinis, quæ sæpe simul adest, sopiendo; tum adstringendo fluxum illum cohibens: eo nomine in hæmorrhagiis commendatissimum. Præstat tamen id ipsum non bibitum, sed locis unde sanguis promanat admotum. Ideoque non minus itidem illud, pariter ac quod de spongiæ simili usu traditum fuit, justo risu prosequitur idem Casaubonus *diatr. 27*.

Omniū verosimillimum est, immo potius extra dubitationem ponendum, ad animi deliquium averruncandum & in promptu & exhibitum illud fuisse. In quem finem alias miseris ad supplicium ductis id esse datum probe notavit ipsemet Casaubonus *diatr. 28*. De quo ut tanto minus nunc etiam ambigatur, utique facit affectus in Christum tum Iudæorum tum militum qui cruci eum suffixerant. Ut videlicet eo diutius eum torquerent & instantem mortem producerent, isthac ratione eum refocillare voluerunt. Inter analeptica autem, præsertim *si modo*



plane primas obrinet acetum. Quod quam potens sit, & variis quidem modis adhibitum, etiam vulgari usu est compertissimum.

PRÆCIPUAM controversiam movet HYSSOPUS, tum quis intelligendus veniat, tum quam ob causam fuerit usurpatus.

Et quidem quod ad *prius* spectat, sunt inter eruditos, qui locum mendosum esse suspicantes ingeniosis coniecturis ei opem ferre conati fuerunt. E quibus Camerarius *notis in Ioann. cap. XIX* in archetypo *ὄσῳ* fuisse putat; ut pilum videlicet intelligatur, quod Matthæus, ut & Marcus, generatim arundinis nomine denotaverit. Idem probat uberiusque confirmat *annotation. in Ioann.* Guilielmus Estius, sed *cujusdam valde probabilem coniecturam* vocans: perinde ut eandem cuidam amico suo tribuisse Lucam Brugensem Casaubonus refert *diatr. 88*. Addit autem Estius: *Alioqui, apud alios nulla mentio hyssopi, & omnino doceri vix potest, quem in hac re usum hyssopus habere potuerit. Immo vero optime doceri potest. Et quod solus Ioannes id memoraverit, tanto magis id est notandum: perinde ut alias in omni historia singularia quæque. Ita ἀζωρίας & sudoris sanguinei solus Lucas, lateris perfossi & inde profluentium humorum solus Ioannes meminerunt. Alias etiam nulla necessitas cogit in recepta lectione quidpiam heic immutare: ne quidē, si prorsus nulla exhibiti hyssopi ratio constaret.*

Daniel autem Heinsius *Aristarchi sacrificap. 29* editionis prioris *ὄσῳ* legendum pertendit. Nam & in primis eam lenire dolores, ac propterea inter alia allatam, quibus postea in ludibrium abusi sint impii milites: & in priscis rei medicæ scriptoribus voces *ὄσῳ* & *ὄσῳ* sæpe confundi. Sed quem eo nomine exagitavit Salmasius *epist. 1 de cruce*, Et vero facultas quidem illa succidæ lanæ certa est. Eapropter autem eam tum quoque fuisse ad manus, ex eo quod spongia simul præsto fuerit unice conicitur. Quam tamen longe alium usum præbuisse antea fuit ostensum. Ut ut etiam milites in ludibrii instrumenta verterint,

Heins. p.  
171 & 173  
ed. pr.

Salm. p.  
292 & seq.

quæ



quæ ab aliis commiseratione motis fuerunt asportata : quæ tamen probabitur, alias ad ea corporibus crucifixorum convenienter admovenda locum fuisse concessum ? In antiquorum quoque scriptis nominum illorum confusio nonnunquam reperitur : factumque inde adeo, ut ad herbæ distinctionem lana isthæc *hysopus* vel *æsyphus humida* in nonnullorum compositorum medicamentorum descriptionibus ac passim in officinis pharmaceuticis hodieque vocetur. Sed ubi res id manifesto docet : cujus heic nulla est evidentia, nulla necessitas. Ipsemet etiam Heinsius in *Ars. Starchi* altera editione, opinione isthac missa uniusque litteræ mutatione facta, ὑσώπῳ legit, & pro eodem cum καλάμῳ habet ; per κάλαμον lignum hastæ, per ὑσώπῳν pilum sive hastile acuminatum intelligi putans. In quo cum Camerario ipsi convenit. Estque propterea hæc hujus cum illa illius conjectura paris etiam conditionis. Ut insuper non repetam, quod de pili Romani ad eum usum incommoditate ex ejus apud Polybium descriptione illi opponit Casaubonus.

Plerique in nullam quidem mendii suspicionem hysopum vocarunt ; at de eo, quænam planta proprie ac speciatim significetur, in diversas abierunt opiniones. Etenim Casaubonus *diatr. 89* posteaquam nomen hysopi multis plantis esse commune ex Rabbiorum traditionibus notavit, in abrotonum sigillatim quidem maxime propendet, non nisi hæsitanter tamen. Daniel autem Fesselius *l. 5 adversar. sacr. c. 10, §. 3*, per ὑσώπῳν, à Matthæo & Arabico paraphraste κάλαμον, intelligi putat ipsam stirpem libanotidem sive rosmarinum arborecentem, ramusculis undique resectis : quod ex Hebræa *esob* voce illa sit facta, per quam rosmarinus intelligatur, ut Exod. xii, 22 ; Levit. xiv, 4, 6, & c. Num. xix, 18 ; 1 Reg. iv, 33 ; Heb. ix, 19.

Alii calamum & hysopum pro eodem accipiunt, sed variis iterum modis. Id jam olim Arabem interpretem fecisse, ita ut utramque vocem unica reddiderit, arundinem cannamve aut

bacu-



baculum significante, Casaubonus refert *diatr. 88*. Ipsemet autem eatenus idem sentit, ut Matthæus & Marcus calami voce generatim virgam sive bacillum denotaverint, cuius speciem deinde expresserit Joannes. Eandem quoque mentem partim illorum fuisse, qui de alia voce hyssopo substituenda cogitauerunt, item Fesseli, ex ante allatis palam est. Per hyssopum intelligi κάλαμον, id est bacillum ex hyssopo, quæ in aliquam magnitudinem arbori convenientem excresceret in Iudæa, Grotio visum fuit *annotat. ad Matth.* & jamdudum ante Euthymio quoque. Ad quod tandem etiam potissimum accedere videtur Casaubonus *diatr. 89*. Idem asseruit Salmasius, sed more suo perquam inconstanter. Etenim *epist. I de cruce* ita scribit: *Si volumus Evangelistas omnes idem dicere, non aliud ὕσσωπον fuerit quam κάλαμος. Quomodo? Vt nimirum ὕσσωπον pro calamo vel thyrso hyssopi posuerit Iohannes, & alii duo κάλαμον dixerint de hyssopi calamo sive caule.* Idem repetit alicubi *epist. III*. Ex aduerso κάλαμον de thyrso hyssopi non posse accipi, intelligi itaque debere calamum aromaticum, tum eadem *epistola I* tum *epist. II* tradit. De calamo aromatico plura insuper habet *epist. III*: paullo post tamen rursus calamum pro caule hyssopi positum cum Origene sentiens.

Quidquid autem sit de tam lata variisque stirpibus competente nominis ejus acceptione; quidquid item de hyssopo in Iudæa arborecente, quam tamen alii ac multo quidem verisimilius illic reperiri negant, interque eos ipsemet Casaubonus *diatr. 88*: alii censent vocem illam non alio sensu heic esse intelligendam, atque quo apud alios Græcos ac Latinos scriptores ea usurpata legitur. Sine dubio quoque Evangelista certam quandam proprieque sic dictam vulgarisque notitiæ herbam ea voluit denotare. Ubi statim tamen nova rursus sese offert controversia, à botanicis in utramque partem agitata, sitne veterum hyssopus eadem cum nostrate: aliis agentibus, alijs negantibus. Utriusque sententiæ argumenta proponit, reque diligenter & accurate ceu

Salm ep. I,

p. 288 &amp;

311.

Ep. 3, p.

587.

Ep. I, p. 325

&amp; seq.

Ep. 2, p.

464, 475 &amp;

seq.

Ep. 3, p.

614 &amp; 616,



Bod. p. 527  
& seq.Bauh. p.  
275, c. 1.

Salm. p. 321.

Barth. p.  
540 & 550.Salm. pag.  
610.  
Barth. in f.

folet expensa ad negantes accedit Joannes Bodæus *commentar. in l. 6 hist. plant. Theophr.* Johannes etiam Bauhinus & Cherlerus utriusque partis præcipuis assertoribus indicatis itidem cum negantibus faciunt *l. 28 hist. plantar. universal. c. 51.* Notandum præterea quod Bellonius iisdem addictus *l. 1 observation. c. 2* inter ejus generis multa alia de hyssopo etiam tradit, campestem omnibus orientalium regionum locis indifferenter nasci, cum in collibus, tum secundum vias in Cilicia, Thracia, Phrygia, aliisque plurimis regionibus, sed à qua plurimum differat hortensis, nobis cognita. Utroque tamen Cretam carere idem *l. eod. c. 18* scribit: quamquam ab aliis Cretensis hyssopi mentio fiat: sed de quo nunc non disceptabo. Quæ autem Græcorum hyssopus, eadem quoque est Judæorum, id est silvestris: at nostra usualis cum Arabum hyssopo convenit. Montanam hyssopum hoc loco intelligit quoque Salmasius *epist. 1 de cruce.*

Illo itaque constituto ad *posterius* jam progrediendum est, ac de causa præbiti hyssopi similiter dispiciendum: de qua non minus itidem in plane diversas inter eruditos abitum est opiniones. Casaubonus sane in utroque, tum hyssopo ipso tum usu ejus definiendo, mirifice sese torfit, adeo ut *diatr. 88* illam *questionem adeo difficilem ad explicandum esse pronunciet, ut videatur Elias exspectandus, qui certè aliquid nos doceat.* Aliquot opiniones ibi commemoratæ leguntur. Ipsemet autem *ead. & seq. diatr.* in eorum quidem sententiam pronior esse videtur, qui propter contemptum factum id esse putant, ita tamen ut prorsus in ambiguo hæreat. Adolfus Vorstius *epist. ad Bartholinum*, subjuncta clarissimi viri *dissertationi de lat. Chr. aperto*, censet hyssopum vel contemptus ergo, vel ut spongia melius extremitati arundinis hæret additum: Judæos autem secum attulisse hyssopum in locum calvarix, plenum ossium & immunditiei, expiationis causa. Sed quod refutat Salmasius *epist. III de cruce.* Bartholinus ipsemet *dissertat. ead. c. 8* ita concludit: *Si hyssopi usum quæras, ad contemptum te remitte-*



remittam, cuius symbolum gerebat apud Hebraeorum gentem. Et: Quod si ingeniosa coniectura hic aliquis relictus locus, existimarem, nefarios milites, ut potum poscenti fallaci potu illuderent, simulque doloris catalogum auferent, hyssopum non ingrato poculo miscuisse, ut vomitum concitarent, vulneratis alioquin molestissimum.

Et vero omnino est certissimum, tum impios Judæos tum barbaros milites nihil quidquam omisisse, quod in opprobrium, ludibrium, contumeliam, dolorem innocentissimi Jesu quomodocunque vergere posset. Equidem tamen reor, eundem ob finem & acetum & hyssopum datum fuisse. Id quod ante quoque jam tum significatum. Acetum vero mea quidem sententia ad animi defectum avertendum porrectum fuit. Quod etiam aliis est visum. Idem scopus igitur etiam fuerit in hyssopi oblatione Mald. cel. 648, E. propositus. Eam sane causam agnovit Maldonatus commentar. in Matth. XXVII, 48. Item, non solam tamen, Corderius annota- Cord. p. 605, c. 2. tionib. in *caten. Gr. Patr. in Luc. XXIII, 36.* Tirinus etiam commentar. in Matth. XXVII, 48, scribit: acetum, præsertim hyssopo mixtum, deficientibus animos addere: jungens vim hæmorrhagiam sistendi; sed quod heic non invenit locum. Et commentar. in Ioann. eo respi- ciens, hyssopum adhibitum, ut acetum virtute hyssopi condiretur: addens tamen, nisi quis cum Estio malitaliter legere. Idem fuse Salm. ep. 1, à p. 322 ad p. 325. persequitur Salmasius *epistola 1 de cruce.* Quin etiam calamum Ep. 2, p. 476 & seq. Ep. 3, p. 610 & 611. (per quem aromaticum denotari putat, prorsus incongrue tamen) propter eundem finem porrectum multis itidem pertendit *epist. II & III.*

Est autem id ipsum priscorum Medicorum experimentis atque doctrinis omnino consentaneum. Galenus enim tum *l. 12 meth. med. c. 3* tum *l. 1 de arte curat. ad Glauc. c. 14* leipopsychia & syncope laborantibus partim singulatim partim inter alia eaque pauca certa quædam speciatim hyssopum commendat. Quod inde excerptum repetit Alexander Trallianus *lib. 12, cap. 3.* Nec alio retulerim illud Parmenisci apud Athenæum *lib. 4 de ipnosoph.*



th. p. 156, in descriptione Cynicæ cœnæ Cebetis Cyziceni: *περὶ τὴν δ' ὑσώ-  
πῳ, Præbibens hyssopi*, scilicet decoctum, vel aquam in qua hyssopum maceratum fuit; ceu bene exponit in *animadvers.* Casaubonus: ad præcavendum nempe ob morantem cœnam & stomachi jejunium ægre tolerantis imbecillitatem oriundum animi defectum. Alias etiam inter odorata naribus in ejusmodi casu ad moveri solita sine dubio hyssopus quoque fuit. Ut proinde non sit, quod de isthoc hyssopi usu nunc etiam amplius dubitetur.

## CAPUT IX.

## De Clamore Christi.

**A**B analeptico potu progredimur ad Clamorem Christi. Qui geminus ab eo editus est. Alter, quando à Deo sese derelictum quereretur: alter, quum spiritum suum in Patris manus commendaret. Cujus *θαυμασίῳ* eo magis innotescet, ubi quid ad eum instituendum requiratur constiterit.

Et vox quidem in universum omnis generatur à violenta efflacione, aëre per rimulam laryngis eliso. Ad vehementem vero exspirationem exigitur actio musculorum & pectoris tum intercostalium tum aliorum nonnullorum & abdominis. Quod omne post Galenum eleganter ostendit Hieronymus Fabricius ab Aquapendente *l. de larynge vocis organo, par. 2, c. 4, 5, 6.* Ad articulatam autem vocem sive loquelam formandam præter illa insuper necessaria est universi oris justa constitutio, præcipue vero linguæ, ac magna ex parte labiorum.

In clamore igitur hoc ipsum oportet fieri majori contentione, majorique idcirco robore opus esse partium quibus talis valida exspiratio absolvitur. Aristoteles *l. 5 de animal. generat. c. 7* definit *μεγαλοφωνίαν καὶ μικροφωνίαν magnam vocem ac parvam vocem multitudine ac paucitate ejus quod movetur.* Et vero ad magnam vocem omnino requiritur multo major aëris copia quam ad parvam. Vnde fortius ac diutius vocem intensuri, ac quocunque



modo vociferaturi, siue simplicem sonum, siue cantum, siue sermonem edituri; validius etiam inspirant, maioremque aëris numerum attrahunt. Eadem ratio est & musica instrumenta inflantium. Non tamen sufficit sola illa multitudo, sed simul etiam adesse debet magna vis ejus quod movet. Quod Aristoteles quoque nequaquam neglexit, mox ostendens tum causas gravis & acutæ vocis, tum quomodo idem magnum ac parvum & gravi & acutæ voci non minus itidem competat. Μεγαλόφωνοι igitur maxime erunt, qui tum copiosum aërem haurire tum valide vicissim eum exsufflare possunt. Ad id autem non parum utique confert partium spiritum recipientium capacitas. Quin si totum pectus amplum fuerit, non solum ingentem vocem homines edere, sed etiam diutissime vociferari posse, ceu præcones solent; ex libris suis *de Voce deperditis commentar. in lib. 6 epidemior. s. 4, §. 24*, notat Galenus. Idque omnino bene. Quod si musculorum insuper opus illud peragentium robur amplitudini isti responderit, non potest utique non talis esse μεγαλόφωνοτάτος.

Quandoquidem vero hæc ad vocis intentionem requiruntur & ex iis ea constat, sponte liquet haud omnes ei instituendæ esse pares. Quin non unum incommodum valetudinis multis inde infertur. Quæ post Mercurialem *l. 6 de arte gymn. c. 5* ipsemet aliquanto uberius proposui *l. diatetic. commentar. c. 33*. Equibus præcipue huc pertinet, seorsim nunc attendenda, laterum infirmitas, & ab ejusmodi vehementiori motu concitatus dolor. De quibus frequentes querelæ audiuntur eorum, quibus voce solito duntaxat magis, etiam mediocriter citraque clamorem, intenta in concione vel alias sermones habiti sunt & habendi. Quibus graviter etiam sese tentatum, & idcirco rhetoricæ professionem deserere ferme coactum, paullo antequam baptizaretur, Augustinus *l. 9 confessionum c. 2* narrat, ita loquens: *Quin etiam quod ipsa æstate literario labori nimio pulmo meus cedere cœperat, & difficulter*

Diat. p.  
241, 242,  
243.



trahere suspiria, doloribusque pectoris testari se saucium, vocemque clariorem productioremve recusare, primò perturbaverat me, quia magisterii illius sarcinam penè jam necessitate deponere cogebat, aut si curari & convalescere potuissem, certe intermittere. Eiusdem meminit etiam l. 3 contra Academicos c. 7 his verbis: Quia paucissimi sumus, ut clamare mihi contra valitudinem meam non sit necesse. Item l. 1 de ordine c. 2 hisce: Cum stomachi dolor scholam me deserere coegisset, qui jam, ut scis, etiam sine ulla tali necessitate in philosophiam confugere moliebar. Similiter l. eod. c. ult. istis: Placuit questionem differri, simul ut mea stomacho parcerem. Nam eum plus quam vellem commoverant ea quæ mihi evomenda in illos adolescentes necessariò visa sunt. Et l. de beata vita, in præfat. rursus disertius: Tantus me arripuit pectoris dolor, ut illius professionis onus sustinere non valens, quæ mihi velificabam fortasse ad sirenas, abicerem omnia, & optatæ tranquillitati vel quassatam navem fessamque perducerem. Nam stomachi voce minus proprie eum uti, propalam est: quamquam & ipse simul male habere potuerit.

ISTIS igitur ita comparatis, manifestissimum jam est, qualisnam ille Christi clamor fuerit. Editus is est tota sanguinis massa pridem coagulata, viribus profus dilapsis, morte jam jam imminente. Nec simplici duntaxat voce editus, qualis est  $\mu\omicron\nu\omicron\phi\omega\gamma$ , sed articulata, eaque circumstantium multitudini plane perceptibili. Quum vox alias in moribundis sensim deficere, ac verba quæ profantur in adstantium intelligentiam amplius haud cadere soleant. Id quod nostrates *einwärts reden* appellant, & nunquam non in graviter quibuscunque ægrotantibus pro pernicioso signo vulgo habent. Quin non morientes solum sed etiam mortem timentes vox destituere solet. Quod probe quoque animadvertit Maldonatus *commentar. in Matth.* Immo sive vi morbi sive alia de causa vehementer de lassati vel os aperire verbumve e loqui pigrantur. Unde centurio in publicam veritatis professionem erupit, *commotus signi magnitudine*, ut Hieronymus *ad He-*



*libiam quest.* de eo loquitur. Signum videlicet erat profusus insolens humanamque consuetudinem ac naturam plane exsuperans clamor. Id quod Marco signanter est annotatum.

## CAPVT X.

*De Morte repentina Iesu.*

**I**teratum clamorem extemplo insecuta est mors. Cujus causam in proclivi est dare, ad *αἰωνίαν* dudum consideratam respiciendo. Quod enim affectus ille fuerit vehementissimus, & insuper non momentaneus sed diutius durans; non potuit etiam non universi corporis habitus, imprimis autem tota sanguis massa, violentia ejus gravissime percelli. Eam vero inde fuisse dissolutam, tum sudor sanguinis tum qui ex latere perfosso effluxere humores luculentissime demonstraverunt. Unde vires etiam non potuerunt non profusac derepente prosterni. Alias enim, nisi ipsa constitutio & sanguinis & calidi innati & cordis maximam vim fuisset passa, non potuisset intra paucas aliquot horas Servator exspirare. Sane non sine causa Pilatus ipsemet admiratus fuit, Jesum tam subito obiisse; quod Marcus memorat. Latronibus enim ne, ceu sæpe miseri illi solebant, diutius vitam in cruce protraherent, propter Paschatis instantis celebritatem crura fuerunt fracta. Quæ omnia manifesto produnt, plane insolens quid, etiam quod ad subitam mortem pertinet, in Christo contigisse. Quod enim alias Servator fuerit corpore sano beneque valente, quod supra assertum; non potuit etiam non tanto magis id tum Pilatum tum alios in admirationem rapere, quod præter communem eorum qui cruci suffigebantur morem solitoque citius defunctus fuerit. Quum igitur aliam subitæ mortis causam dare non liceat, affectus autem ejus vehementiam Lucas discrete exprimat, non etiam est quod aliam sciscitemur. Quomodo vero dissolutio illa facta sit, quæ item ab ea corporis vires adeo celeriter fuerint prostratæ, partim ex superius instituta de  
cruento



cruento sudore disputatione jam constat, partim ex iis quæ paullo post de humoribus ex latere profusis afferentur uberius innotescet.

## CAPVT XI.

### De Terræ motu.

**S**imul atque Iesus exspiravit, horribiliter terra fuit mota. Quod naturaliter quidem propter ventos in ejus cavernis conclusos exitumque non inuenientes fieri, notissimum est. Ventos autem illos ab ignibus subterraneis quam maxime excitari, & ratio suadet & experientia probat. Insigni certe ac manifesto argumento est, quod in quibus tales ignes dantur loca terræ motibus etiam potissimum sint obnoxia. Quod egregie notavit Georgius Agricola tum *l. 2 de ortu & caus. subterraneor. tum l. 4 de nat. eor. que effl. ex terra,* pluribusque confirmat Libertus Fromondus *l. 4 meteorolog. c. ult. art. 1 & 3,* seorsim vero de Americanis locis memorat Josephus Acoſta *l. 3 de occident. Ind. c. 24 & 26:* omnes præclarissimi scriptores. Scatent videlicet cavitates istæ plurimis exhalationibus, quæ vi caloris attenuatæ magis magisque rareſcunt. Quo plus autem tales redduntur, eo majus etiam spatium postulant. Quod ubi non inveniunt, per vim sibi quærunt. Plane quomodo in cuniculis sub terra actis pulvis pyrius accensus, loci angustiam non ferens, nec aliam viam qua elabatur reperiens, ingentes moles disjiciendo ampliorem sibi parat.

Ceterum quin iste terræ motus, qui Christo in cruce pendente contigit, non fuerit naturalis talibusque ex causis ortus, plane nullam habet dubitationem. Non desunt sane alia quoque horrendorum eorum motuum tristissima exempla: etiam quibus non solum terra vehementer concussa & divulsa, sed magna in super strages edita fuit. Quale in primis luctuosum anno octavo decimo hujus sæculi præbuit Plura, elegans ac peramœnum dum staret in Rhæticiſ Alpibus opidum, imminentis sibi montis subita

ruina

gr. p. 31  
c 155, edit.  
roben.

rom. p.  
84 & 290,  
dit, sec.



uina totum obrutum & subuersum. Quo summe terribili ac  
 nouissimo tum casu adductus Henricus Eckstormius *Historias Ter-*  
*remotuum* complures collegit. Nec etiam dubitandum, quin ut  
 in aliis rebus ita in terræmotibus etiam naturalibus causis su-  
 pernaturales subinde subsint: longe secus ac vulgo solet existi-  
 nari. Idque tanto magis, quanto maior & violentia & insolentia in  
 his deprehenditur. Cujus generis maxime quoque fuisse mihi vi-  
 detur qui Pluretum delevit. Is autem, quem nunc expendimus,  
 extra controversiam simpliciter fuit miraculosus. Qualis etiam  
 fuit, qui contigit in monte Sinai sive Oreb, Deo tum decalogum  
 promulgante, tum Eliæ illuc evocato apparente ac mandata dan-  
 te. Quales itidem erunt terræ motus, ii que magni, & quidem *κατὰ*  
*ὄρα & ὅρα* (ut ita loquar) futuri, quos inter communia signa mun-  
 di finem præcessura recensuit Christus. Ut aliorum in sacra scrip-  
 tura memoratorum terræmotuum jam non faciam mentionem.  
 Certe motum istum terræ prorsus insolentem fuisse, vel centuri-  
 onis adstantis ingenua confessio illo expressa manifesto testifi-  
 catur. In illo præsertim miraculorum concursu. Primum vide-  
 licet obscuratus fuit sol, tum Jesus jam jam spiritum redditurus  
 exclamavit, inde commota fuit terra, rupesque divulsæ, ac mo-  
 numenta aperta. Vel solæ sane petrarum illæ rupturæ plane fu-  
 erunt admirabiles, quibus factum, ut eæ dehiscerent quidem,  
 subsisterent tamen neque corruerent. Quas pedem amplas & à  
 summo ad imum montis calvariaæ pertingentes adhuc conspici  
 Rauwolffus *αὐτόπῃς* *hodæpor. par. 3, cap. 8*, retulit. Ut merito ad  
*Hedib. quest. 6* scripserit Hieronymus: *Terræmotum factum, non ex*  
*more solito, sed tam magnum, qui cuncta concuteret, & everfionem ter-*  
*rae funditus minaretur.* Et *quest. 9* brevius: *Terra motu insolito con-*  
*tremiscit, saxa rumpuntur.* Quamquam ille priori loco de terræ  
 motu, qui Domino resurgente factus est, loquatur.

Matth.

xxiv, 7.

Mar. xiii, 8.

Luc. xxi, 11.



## CAPVT XII.

*De Humoribus è latere Iesu perfosso  
profusis.*

**V**Ndecimo loco jam contemplationem sui exigunt ex aperto Jesu latere qui profluxerunt humores. Quod solus Joannes annotatum posteritati conservavit. Nam de latere ipso, utrum videlicet fuerit fossum, non est quod quidquam simu foliciti, quum prorsus nihil ulla conjectura heic liceat definire nihil etiam intersit, in utronam id fuerit factum. Ut omnis ista curiositas mere sit frustranea. Nec etiam est, quod quis forte vulgaribus opinionibus persuasus sinistrum latus fuisse punctum existimet, quasi videlicet in eo situm sit cor, fons & principium vitæ. Falsum enim id esse, *ἀποψία* luculenter demonstrat. Pulsus quidem cordis sub sinistra mammilla percipitur: at non quod nobilissimum istud viscus totum lateri isti concessum sit; id enim in medio pectore locum suum obtinet: sed quod in ejus contractione sive systole mucro partem illam feriat, basi versus dextrum latus vergente. Hinc tamen etiam est, quod illius ejusdem quam alterius oppositi lateris affectus periculosiores vulgo credantur. Eodem omnino quoque respexisse videntur, qui vulnus illo loco, ad quem nempe cor in motu isto alliditur, inflictum in imaginibus expresserunt. Id certum est, in alterutrum latus lanceam sive cuspidem hastæ fuisse infixam. Per *πλευρῶν* autem sive latus intelligitur illa medii ventris pars, quæ utrimque, tum in dextra tum in læva ejus regione, media est inter anticam, quæ speciatim pectus, & posticam, quæ dorsum appellatur.

**HOC** in quæstione quam maxime versatur: tum ex qua singulatim parte, tum cur duo distincti humores profluxerint. Et prisca quidem multique recentiorum peculiare ac magnum mysterium quoddam heic agnoscunt. Sed quod ut pie fit, ita prorsus alienum est à nostra tractatione. Namque nec id quid-



piam huc facit, nec aliorum vel nostra assertio illi quidquam obstat: quum res naturalis sæpenumero nihilominus simul & sit & esse possit alterius plane diversæ symbolum. Ideoque nunc etiam nihil eorum tangam, quæ seorsim de aquæ istius ortu & conditione nonnulli tradiderunt, inter alios ab Estio quoque commemorata.

Naturales autem *Φαινόμενα* istius causæ scrutantibus præcipue visum est, lanceam lateri Servatoris impactam in ipsum pericardium penetrasse, in quo est aqua, sicut sanguis circum. Id quod primus, nisi fallor, adstruxit Andreas Laurentius *l. 9 anatom. qu. 5*; deinceps vero multi præstantis eruditionis viri approbaverunt, quos singulos nominatim laudare nihil attinet. Unius solum Jacobi Tirini ex *commentar. in h. l.* petita verba adscribam: *Aqua vera & elementaris, ait, non quæ ex resolutione mortui corporis nata fuerit, — sed quæ in pericardio receptatur, ut medici docent. Hac verò pericardii perfossione, mortis Christi plena omnino facta est fides: inde enim aqua promanante, certum dabatur signum, lanceam pericardium penetrasse, illius aquæ receptaculum: quo vulnerato necesse est omne animal protinus mori.*

Tamen si vero plausibilis est isthæc opinio, quo minus tamen ad eam accedam *primum* suadet, quod humores isti ex aperto Jesu latere non exiguo numero prodierint, sed tanto ut eminus etiam distinctim cognosci potuerint; cum quo tantillum liquoris, qui in pericardio & hæctenus quidem recte valentium continetur, nullo modo queat conferri. Sed nec magna *deinde* ferosi humoris copia in illo cordis involucro conclusa, ceu fit in pectus infestante hydrope, (quod tamen heic ubi de Christo agitur nullum prorsus habet locum,) temere inde promanaverit: quum maximis etiam tum cordis tum pulmonis vasibus læsis, per externa ventremque illum cingentes partes perforantia vulnera vel nihil vel non nisi pauxillum sanguinis exire soleat; plurimo contra in pectoris cavitatem delapso. Quin etiam si *tertio* nihil



eorum obstaret, plane nulla tamen constat ratio, quid prohibuerit humorum illorum confusionem; quique factum fuerit, quod non omnino mixtim prodierint, sed ita distinctim, ut uterque seorsim fuerit notabilis. Hoc quippe factum sit oportet, quum ceteroqui dignosci nequiverint. Intellego vero talem confusionem, qualis est partium tum lactis tum sanguinis massas constituentium inter sese ante separationem & coagulationem.

Ex cavitate thoracis hosce humores profluxisse: reperiri- que illic humorem quendam, aquæ cruentæ referentem mixturam, collectum ibi vel ab ortu primo materni sanguinis & conformationis in utero, vel ex transcolatione roris in modum per venas proximas; alias eundem sanguinem ichorosum vel ichorem sanguineo colore tinctum nominans: censet vir itidem doctissimus & meritis in naturalia præsertim ac medica studia celeberrimus Thomas Bartholinus, fuse de ea re disputans *diff. de lat. Chr. aperto*, præcipue c. 2, 3, 5, 11, 12. Quibus *cent. 1 epist. medic. 72* insuper addit singularem raritatem corporis Christi.

Sane quin altius & in thoracis cavitatem hastæ cuspidis penetraverit, plane nullam habet dubitationem. Quousque vero pertigerit, prorsus incertum est. At qualisnam sit ille humor in pectoris cavo collectus, quid item credita raritas illa corporis huc faciat, non apparet. Ichorosus etiam sanguis hætenus sanis haud competit. Nec talis in sanctissimo illo corpore tum fuit, sed coagulatus.

Hæc igitur quoniam non satisfaciunt, de alia causa fuerit dispiciendum. Eam vero promte suggerit toties memorata dudumque supra expensa *Αγανία*. Quam tum cruenti sudoris, tum repentinæ mortis, tum humorum istius è latere effluxus, & veram & unicam causam fuisse, primus me docuit *ἀγχινοῦσατ* Conringius noster. Per eam quippe universa ista sanguinis miscella penitus destructa fuit, eam constituentibus humoribus seorsim singulis secedentibus. Unde porro factum, ut ex vulnere  
eoque



eoque sine dubio amplo separatim quoque tales emanarent. Emanaverunt autem non è thoracis duntaxat cavitate ibique contentis, sed etiam ex aliis omnibus partibus isto ferro læsis, exteriorum præsertim pectus ambientium venis.

CONSTAT nimirum sanguinis massa (ut id ipsa re invitante explicatius proponam) ex duabus potissimum partibus; crassis seu terrenis, & liquidis seu aquosis. Inest illi quidem præterea & pingue quid, permagni itidem ac necessarii usus, utpote quod igni animali sive calido innato nutrimentum præbeat, respondeatque flori sive butyro lactis, quemadmodum crassæ illæ ac rubicundæ partes caseo, & aqua sero ejusdem. Sed quum in sanguine coagulato crassis partibus id adhærescat sive intermixtum, quum peculiariter item nunc nec memoretur nec in considerationem veniat, etiam de eo nihil amplius addam.

Crassæ jam sanguinis partes ad solidas corporis partes nutriendas atque augendas maxime sunt aptæ, firmitudinemque tum illis tum toti corpori conciliant. Tametsi enim nullæ non corporis nostri partes perpetua nutritione haud indigent; quod alias ostensum: quædam tamen omnino videntur eam postulare. Quas inter parenchyma musculorum quoque referri debet. Quo crassiorum itaque partium sanguis est, eo plus etiam roboris illi inde adipiscuntur. Nec illi solum, sed totum simul corpus. Duplici autem modo crassus sanguis corporis vires amplificat: partim musculorum parenchyma augendo eosque validiores reddendo, ceu modo dictum; partim calorem diutius ac firmitus retinendo. Licet enim partes illæ terrenæ sint, originisque suæ causa frigida: quando tamen semel calorem receperunt, longe diutius eum servant, quam tenuis ac dilutus sanguis. Non aliter videlicet atque alias solida & densa corpora, utut propriæ temperationis suæ ratione maxime frigida, semel admissum ignem non tantum serius amittunt, sed etiam fortius calefaciunt & urunt.



Et vero usque adeo certum id est, ut hujus ipsius etiam ratione non duntaxat inter sanguine carentia & gaudentia, sed etiam inter illa ipsa *βραχυα* animalia ingens intersit discrimen. Quibus enim sanguis fibrosus est, multum sunt aliis calidiora & idcirco iracunda & animosa. Taliaque tanto magis adhuc, quanto fibrosior is fuerit. Quod egregie notatum Aristoteli *l. 2 de partib. animal. c. 4*. Nec minor etiam in humano genere inde deprehenditur differentia. Hinc sane est, quod aquilonares gentes ab omni memoria fuerint bellicosæ, calida ex adverso loca inhabitantes potius imbelles. Quod enim istæ cælo utantur frigido, sunt voraciores, solidoque cibo victitant, & eo insuper numero, ideoque sunt calidiores & robustiores & laboriosiores: quum illæ parcius appetant, & oleribus ac fructibus maxime vescantur. Solidus quippe ac durus cibus licet difficilior sit concoctu, tamen ubi semel calorē concepit, longe magis corpus roborat, quam liquidus ac mollis. In quā rem eleganter olim in hac Academia differuit oratione quadam Nicolaus Andreæ Granius, à me jam relatū *l. diatetic. commentar. c. 29*. Hinc porro ad boream degentium corpora, tametsi sunt robustiora, tamen non ferunt tam largam sanguinis missionem, quā alias terras incolentium. Crassus videlicet sanguis, etiā minori numero profusus, plus virium simul aufert, quam dilutior & serosior, ut ut majori copia detractus. Multo citius etiam hujus jactura restaurari potest. Comprobantur insuper hæc omnia quotidie quoque rusticorum & operariorum corporis habitu ac victu. Quod enim solidum cibum maxime habeant familiarem, non exiguum robur inde corpori acquirunt. Qua de causa quoque tanto diutius perferre possunt quotidianos ac duros labores: aliis contra citius sub opere defatigari solitis. Quin etiam talis victus illis maxime necessarius est, quum ceteroquin iis sustinendis haudquaquam futuri sint pares. Adeo certum sane id est, ut ejus ipsius ratione inter ipsos etiam magnæ Germaniæ populos, in hac Saxonia nostra Westfaliaque ad Oceanum item Germanicum Balticumque



mare habitantes cum superiorum provinciarum incolis conferendo, non obscurum discrimen deprehendatur, in vulgus quoque non ignotum. Quoniam vero gelidarum regionum gentes istiusmodi cibis utuntur, accedentibus præcipue duris ac quotidianis laboribus, ea propter etiam largior potus, & ille quidem humectandi vim habens, qualis imprimis est cervisia, quam maxime iis convenit. Idque non duntaxat ad talis cibi meliorem ac faciliorem digestionem, sed etiam ut tum sanguis diluatur, tum corporis calor intra modum retineatur. Eadem ratio non minus est & omnium eorum, quod quidem ad potum humidumque victum spectat, quibus sive ad magnum ignem sive sub radiis solaribus grave itidem ac diuturnum opus faciendum est. Quod omne iam pluribus etiam animadversum est in iisdem *Dieteticis*.

Seri poro sive aquosæ sanguinis partis non una similiter eaque in universum corpus redundans est utilitas; ceu iam tum innui. *Primum* videlicet ad solidioris cibi concoctionem potus (hic autem, qui simpliciter quidem talis est, vel omnem vel saltem maximam partem respondet aquæ) requiritur. *Secundum* commodum præstat potus, futuri nempe seri materia, crassum tum chylum tum sanguinem diluendo, perque minutissima vasa expeditiorem transitum utrique conciliando, atque hac ratione obstructions & inde oriundas alias valetudinis oblaesiones præcavendo. Hoc sane adeo certum est, ut etiam ad alvum facilitandam idem magnopere sit necessarius; quum difficultate eius multi laborare soleant, qui duro cibo delectantur, parum nec sufficienter bibentes. Accedit præterea *tertius* isque potissimus adhuc seri usus, totius corporis temperatio. Quod enim serum non duntaxat sit humidum sed etiam natura frigidius, perfusum est sanguini, ut & ipsius illius & solidarum partium ad quas com meat calorem moderaretur; in simul etiam ab his siccitatem, quam calor facillime inducit, prohiberet. Humectandi quoque usum præstat pericardio contentus liquor. Quod

recte



recte statuit Hofmannus *l. 2 instit. medic. c. 53, §. 6*; utut *l. 3 de thor. c. 19* prorsus alium ejus usum dederit. Hinc & utraque de causa porro quanto calidiora, tanto quoque bibaciora sunt animalia. Ne vero serum in corpore nimis accumulatur, subinde quid ejus per renes ac vesicam educitur: quam maxime ordinarie quidem: alias enim per alvum quoque, & ex parte per sudores. Suntque partes istæ idcirco non nisi *πολυπέτοις* animalibus datæ.

Quod autem de Seris magno ac necessario isthoc usu dictum fuit, id ita sese habere, ex affectibus quoque corpori ab ejus nimia profusione obvenientibus manifesto patet. Namque justo largior sudor lotiive excretio universo corporis habitui calidam pariter ac siccam intemperiem inducere consuevit. Idem ulterius mirifice comprobat seri lactis in calore moderando prorsus insignis facultas. Unde quoque præ aliis lactis speciebus asininum à priscis Medicis frequenter usitatum fuit, utpote serosissimum: quod præter alios notavit Joannes Costæus *l. 1 de lactis serique nat. c. 6 & l. 3, c. 2*, seorsim deditaque operatum seritum singulorum lactis generum in variis morbis usum ostendens. Quod autem lactis, idem sanguinis etiam serum præstat: utrumque proinde tum in alio tum in hæctico præsertim calore domando singularis efficacix: eo nomine à me quoque post alios laudatum *diatet. comment. c. 11*.

diat. p. 43  
c. 44.

QUANDOQUIDEM igitur ex hisce diversi generis humoribus sanguinea massa composita est, utique necessum est è latere Servatoris singulos separatim ita profluxisse, ut manifesto argumento fuerint coagulationis factæ, per quam universus sanguis soluta compage in sua discesserit elementa. Plane quomodo lac itidem per coagulationem in suas resolvitur partes, seorsim caseosis, seorsim serosis subsistentibus. Quale item alias in sanguine è vena secta excepto post aliquod temporis intervallum evenire solet. Factum id autem fuit per vehementem istum

eum-



eumque compositum animi affectum. Qui quanto gravior fuit, tanto violentius quoque in sanguinem egit. Alias etiam lac sive in uberibus sive in ventriculo sive aëri expositum sive igni admotum, nunc ocyus nunc tardius, magis item minusve coagulatur, pro caussarum & sui ipsiusmet diversa vi atque constitutione. Quod & in sanguinis spontanea quam dixi dissolutione notatur. Fit autem coagulatio maxime ope caloris: cujus est homogenea congregare atque heterogenea disgregare. Quod olim ab Aristotele præclare ut plurima alia observatum post alios ego quoque illustratum in *l. 1 physiologic. institut. c. 3, s. 3 usque ad 18*. Primum videlicet lac attenuatur, inde partes ejus invicem separantur, ac porro sponte similes ad similes accedunt: ceu naturam & modum secretionis istius recte exposuit Costæus *lib. 2, cap. 5*. *Αγρωίας* autem qualis ac quanta vis sit in sanguinem, non amplius est obscurum.

CAPUT XIII.

*De Conditura corporis Christi.*

Superest adhuc ut postremo consideretur etiam unctio sepulcralis Domini. Quam à mulieribus destinatam Marcus ac Lucas, at à Josepho & Nicodemo peractam fuisse Joannes memorat, idque disertis verbis, quum reliqui Evangelicæ historiæ scriptores corpus Christi sindone involutum duntaxat tradant.

Et vero cadavera condire quam maxime Ægyptiis quondam fuit in usu. Quin Plinius *lib. 12, cap. 37*, simpliciter scribit *is norem esse cadavera asservare medicata*. Soli tamen illis conditura non fuit usitata, sed aliis etiam gentibus. Quomodo Scythæ regum præcipue suorum cadavera condiderint, Herodotus narrat in *Melpomene*. Idem in *Clio* scribit Persas mortuum cera involventes in terram condere Babylonios etiam Strabo *lib. 16* mortuos sepelire in melle, cera obducentes. Similiter in usu fuit Syris,

Plin. p. 565.  
edit. Gelen. sec.

Her. p. 324.  
ed. Francof. in 12.

Her. p. 93.

Str. p. 513.  
ed. Casaub. pr.



Arabibus, vicinisque aliis populis. Nihilominus si modus & ingens atque operosus apparatus, primi præsertim generis, quibus usi fuerunt Ægyptii, spectantur, ceteris gentibus usurpatæ tales condituræ cum illa contendere nequeunt: ut inter eas permagnum rursus intersit discrimen, & quædam propius quædam longius ab illa absint: adeoque collatione instituta patebit, Ægyptiorum cadavera non duntaxat medicata, sed etiam diutissime asservata fuisse, solis Ægyptiis illis corporibus ex antiquissimo ævo etiamnum superstitionibus.

Fuit videlicet Ægyptiis triplex genus cadavera condiendi usurpatum, ab Herodoto in *Euterpe* & à Diodoro Siculo *lib. 2 biblioth. histor.* fuscè descriptum. Quorum ut primum sumtuosissimum, secundum mediocre, tertium vilissimum fuit: ita singulari *ταρχέυσεως* istius species sua peculiaris habere medicamenta. Ad primum quippe genus post alia adhibita fuit myrrha, cassia, aliique odores sive aromata, excepto ture: quibus loca inanita repleta fuerunt. Inde per multos dies corpus nitro maceratum cedriave inunctum, ac demum sindone byssina involutum gummi que oblitum fuit. In secundo cedria per clysterem immissa intestinum tabefactum & eductum, tum corpus itidem nitro conditum fuit. Tertium solo sale sive nitro fuit absolutum.

Cedria vero est arboris cedri resina. Galenus *l. 7 de simpl. medic. facult.* & Serapion vocant cedri oleum. Nec aliud à Plinio *lib. 16 cap. 39* intelligi existimo. Sunt qui picem esse putent. Sed quod solide confutavit doctissimus Stapelius *comment. in Theophr. l. 9 hist. pl. c. 2*. At Bellonius *l. 2 observation. c. 3* ex pinu silvestri in locis ad Hellespontum sitis picem nigram atque cedriam copiose confici scribit, item in Creta *lib. 1, cap. 18*: in libris autem *de conifer. arborib. & de fun. medic.* pluribus in super aliis immo quibuscunque resiniferis arboribus cedrias, iisque vim defuncta corpora servandi, promiscue tribuit. Deceptus sine dubio perperam

Her. p. 168  
& seq.  
Diod. p. 81  
& seq. edit.  
Hanov.

Stap. p. 971,  
6, 1 & 2.



ramin tellectis Plinii *lib. 16, cap. 11*, verbis; quod luculenter ostenderunt tum Matthiolus *commentar. in Dioscorid. lib. 1, cap. 89*, tum Stapelius *ibid. & comment. in cap. 3*: prorsus item contra veterum communem sententiam, utpote qui & soli cedro cedriam & soli cedriæ facultatem illam adscripserunt, ob quam ab Ægyptiis ea fuit expetita. Stap. p. ead. c. 2. & p. 974, c. 2.

Quod autem de cedria ad *ταρχείας* mortuorum ab ea gente usurpata Herodotus, Diodorus, Plinius, alii, id de bitumine Judaico sive lacus Sodomeni Strabo *lib. 16* memorat. Ut vel alterutrum singulatim in eum usum venerit veniatque, vel utrumque simul. Quorum posterius Bellonius *l. de medic. fun.* eumque sequutus Bernardinus Gomefius *l. 1 de sale c. 18* tradit. Matthiolus vero *comment. in Diosc. l. 1, c. 85*, aliique non bitumen sed potius pissasphaltum, idque vel ipsum nativum vel factitium, ex pice videlicet ac bitumine mistis, Serapionis & Avicennæ de mumia doctrinis moti, significari censent. Est itaque vero maxime consentaneum, præter cedriam nunc asphaltum nunc alterutrum pissasphaltum in pollineturam illam & olim fuisse adscitum & adhuc adscisci, à plebejis præsertim tenuiorisque fortunæ hominibus. Inunctio videlicet omnis generis condituris istis communis sine dubio fuit: ut ut Herodotus in primi generis descriptione duntaxat ejus meminerit. Nec obscure id probat corporum inde advectorum eorundemque partium habitus. Possit fortassis videri, quasi apud eundem per *gummi* laxiori vocis acceptione alii quoque succi denotarentur. Sed sine dubio significatur gummi vulgo speciatimque inde jam ab antiquo hodieque dictum, hoc est, Arabicum vel Thebaicum, ex acacia videlicet sive spina Ægyptia. Fit autem gummi mentio quoque apud Aëtium *lib. 16 cap. ult.* in descriptione smyrnifis servandi cadaveris. Str. p. 516.

Solet porro de hisce conditis Ægyptiorum corporibus vox *Mumia* vulgo quidem usurpari, sed ita tamen, ut duplicem signifi-



nificationem admittat. Aliquando enim per eam intelligitur tale corpus, ossa videlicet & cutis ac quicquid carniū aliarumve partium superest: aliquando vero potius condimentum ipsum. Quarum prior acceptio vulgaris est nobis aliisque, posterior autem Mauritanis sive Arabibus usitata. Quandoquidem vero ex allatis abunde constat, non unum fuisse vel esse cadavera condiendi apud Ægyptios genus, utique non potest etiam per mumiam posteriori sensu acceptam simpliciter idem semper intelligi. Alia quippe est mumia è divitum, alia è pauperum corporibus medicatis petita: hæc item simplex, illa ex multis composita. Recte videlicet in *Paraleipomen. officinalib. c. 7, C*, Caspar Hofmannus: *Cum de Mumia Arabum queritur, quid sit? non potest responderi simpliciter: sed est id, quo condiebantur olim corpora Ægyptiorum, Syrorum, Iudaorum, aliorum populorum, non autem carnes ipsæ.* Falsus itaque sine dubio est Bellonius, dum *l. 2 observat. c. 47* alibi per mumiam Arabum simpliciter pissasphaltum denotat: eo nomine reprehensus à Matthiolo tum *comment. in Diosc. l. c. 35* tum *l. 5 epistola 17*, ad Martinum Guidottinum pharmacopœum Tridentinum scripta: quamquam idem Bellonius *l. eod. c.* potius ex cedria mumiam confici scribat, quod existimaverit picem & cedriam ex pinu parari; nisi forte vel eas confuderit & pro uno eodemque habuerit, vel utramque in eum usum adhibitam fuisse crediderit. Adversatur etiam Bellonio disertè ipsemet Serapion. Sicigitur summarim habendum. Mumia vel est nativa vel factitia. Illa nihil aliud est nisi pissasphaltum. Hæc rursus duplex, utraque tamen sepulcralis. Altera constans ex aloë, myrrha, cedria, casia, aliis rebus, & humiditate ex defuncto corpore resudante iisque admista. Altera bitumen vel pissasphaltus est, sed eadem sanie itidem imbuta.

Quæ tamen inde advehuntur corpora, non nisi plebeiorum hominum sunt; quum magnatum cadavera obtineri neque-

Matth.  
epist. p. 217,  
edit. Fran-  
cos.



ant, nisi longe rarissime, idque casu quodam. Quod bene monuerunt Matthiolus in *commentar.* Julius Cæsar Scaliger *exercit. 104 de subtil. n. 9*, Melchior Sebizijs *disput. de conditura cadaver. humanor. th. 25, 33 & 34*, alii. Sed nec altera illa citra periculum semper haberi possunt. In quam rem notatu apprime dignam historiam de Jacobo Ferzero refert Hofmannus *ibid. E & F.*

Præterea sicut condiendi modus pro diversa hominum conditione atque fortuna non fuit nec est idem: sic quoque reliquus ornatus illi sine dubio respondit; cujus cadavera, quæ recentioribus adeoque nostris temporibus, etiam ex prisco ævo superstitia, illic reperta sunt, minime obscura indici præbuerunt. Pleraque enim nuda potissimum sunt: quædam sindone involuta, eaque picta, aliquando etiam notis hieroglyphicis inscripta, & coronam insuper capiti impositam habentia. Quale fuit in primis memorabile, cunctis istis insigne, vetustissimæque antiquitatis monumentum non immerito creditum, quod superiori sæculo in prælio navali cum Turcis commisso captum Venetiasque transportatum fuit, cujus imaginem in *Cosensu celebriorum scriptorum super Mumia* exhibuit Joachimus Strüppe. Soliti sunt insuper Ægyptii prisca tum varia alia in cadaverum ventre recondere, tum idola quædam & maxime simulacra Isidis, nostris adhuc temporibus frequenter in iis reperta. Quorum iconem quandam dedit Caspar Bauhinus in *additionib. ad Matth. commentar.* Bauh p. 11 in *Diosc. l. 1, c. 85*, & aliam Joannes Baptista Casalius *lib. de veterib. Ægyptior. ritib. c. 7*. Illud omnino singulare, nec aliis temere contigit, quod è Nicolai Radzevillii *hodæpor.* Hofmannus *ibid.* refert, eum duo talia corpora secum asportasse, sed à duobus diabolis vexatum, abjecisse illa in mare. Ideoque vir doctissimus non vane conjectat, ea τετελεσµένα fuisse. Quæ qualia sint, Julius Pollux *l. 1 onomast. c. 1, s. 31*, docet.

QUIBUS ita habentibus in clarissima luce simul collo-



cata sunt, quæ de Jacobi Patriarchæ conditura *Geneseos ultimo capite* leguntur. Num vero prorsus ad Ægyptiorum illum morem, qualem quidem Herodotus ac Diodorus descripserunt, ea perfecta fuerit, ut nempe non exteriores duntaxat sed interiores etiam corporis partes fuerint inunctæ, cerebro & intestinis extractis; inde quidem liquido non potest colligi. Et vero id non fuisse factum multi censent, propterea quod alias Israëlitis non fuerit usitatum. Pro agente tamen sententia videtur facere, tum quod Josephus medicis (per quos utique nulli alii præterquam *ταρχεῦται* intelligi poterunt) patris sui corpus condiendum tradiderit, tum quod conditura consueto ac præstituto dierum numero fuerit perfecta. Quamquam de conditura externo duntaxat corpori adhibita illa ipsa non minus commode quoque possint accipi. Quidquid autem sit, & utrum fuerit factum, perinde est. Ipsemet etiam Josephus dicitur esse conditus: eadem sine dubio qua pater ratione, eodemque ritu. Illud omnino videtur certum, Hebræos morem istum aromata cadaveribus admovendi ab Ægyptiis accepisse: hoc tamen discrimine, quod Ægyptiorum conditura non quoad externas solum sed internas etiam corporis partes instituta fuerit, ceu dictum; Hebræi vero unguenta & aromata corporibus extrinsecus duntaxat applicando & ea linteis involvendo mortuos suos curaverint. Id quod bene notavit doctissimus *Causaubonus exerc. 16, diatr. 112.*

Fuisse vero morem ac ritum illum, quem in corporis Jesu unctio ac sepultura Josephus ac Nicodemus adhibuerunt, Judæis familiarem & usitatum, diferte testificatur Joannes. Promiscue tamen quoscunque defunctos apud Judæos prorsus ad eum modum fuisse funeratos, inde protinus non licet colligere. Quin id neutiquam fuisse factum, non obscure quis ex eo conjectaverit, quod ad talem unctioem non exigui sumtus necessarii fuerint. Tametsi enim myrrha, aloë, aromata alia, facilius  
 minori-



minorique pretio à Judæis parari potuerunt, quam à nobis aliisque ab Arabia ceterisque unde ea petuntur locis multum remotioribus: tamen non potuisset non magni constare sepulcralis unctio caritasque ejus augeri, si nullis non & in tam numerosa quidem gente talis fuisset præstita: præsertim quum vicinis gentibus aliis, præsertim vero Ægyptiis, in eundem usum non minus eadem expetita fuerint, alias etiam ab iisdem aliisque ad varios alios usus. Immo vero quum sufficiens eorundem copia omnibus nec unius gentis hominibus suppetere potuisset? Allata vero memorantur misturæ illius myrrhæ & aloës centum circiter pondus. Quo numero sine dubio mulieres, nisi in ultimo illo pietatis officio exhibendo præuentæ fuissent, eadem non paravissent. Tantos etiam sumtus in eam rem facere alias promiscue quorumlibet status nequaquam tulit. Accedit, quod Josephus ille Arimathæensis vir opulentus fuerit. Id quod de Nicodemo quoque non minus est intelligendum. Ut nullum sit dubium, quin Domino talis ἐνταφιασμός obtigerit, qualis divitibus ac lautioris fortunæ hominibus duntaxat conveniret.

NEQUE vero causa, cur tantam curam mortuis suis impenderint Ægyptii, temere quempiam fugere poterit. Voluerunt videlicet corporibus eorum æternitatem quandam conciliare, eaque ab interitu conservare. Inprimis autem hoc propositum fuit primum idque sumtuosissimum ταρχείας genus usurpantibus. Dantur quidem funeralis unctiois alii præterea fines, à Sebizio, illo singulari & ultra communem sortem rara μακροβιότητι venerabili sene, *disput. ead. th. 136 & seq.* enumerati. Sed qui partim obtineri nequeunt citra cadaverum conservationem, partim secundarii sunt, partim ad eos non pertinent, quibus ejusmodi pollinctorum vulgari usu receptæ vel adhuc sunt vel olim fuerunt. Ægyptios autem in illa persuasionesua non fuisse falsos, corpora hodieque supersticia satis ostendunt; illa nempe, quæ



quæ per tot annorum centurias conservata sunt, & porro conservari poterunt. Ad quod præstandum quoque medicamenta ab iis adhibita maxime idonea fuerunt. Habent videlicet illi succi, aloë nempe, myrrha, cedria, pix, & bitumen, insignem facultatem exsiccandi, partim quoque adstringendi, eaque ratione putredinem arcendi, utpote quæ à luxuriante humiditate proveniat. Accessit præterea diuturna in sale sive nitro, eadem cum illis vi pollente, maceratio. At casia, cinnamomum, & ejusce generis alia, fragrantia duntaxat causa fuerunt addita. Et ita in operoso & pretioso isto apparatu, alia propter *τήρησιν*, alia propter *εὐώδειαν*, in usum illum sunt assumpta. Utramque quippe eos intendisse diferte memoriæ prodidit Diodorus. Qualia proinde quin à Judæis etiam in suis funeribus usurpata fuerint, omnino nulla ratio suppetit ambigendi.

U B I tamen rursus negotium faceffit vir plurimæ & lecti-  
 onis & eruditionis Salmasius in iisdem *Plinian. exercitationib. in*  
 Salm. p. 1057 & 1058. *Solini polyhist.* Scilicet Joannis XIX, 39, esse intelligendam aloën  
 ,, aromaticam, h. e. lignum agallochum, (quod quidam Judæorum  
 ,, magistri de sandalo interpretati sunt,) non communem sive me-  
 ,, dicam, h. e. succum herbæ. Judæos non condiisse corpora mor-  
 ,, tuorum, qui mos Ægyptiorum fuit peculiaris; sed cadavera  
 ,, cum unguentis & aromatibus & fasciis involuta sepelivisse. Idem  
 ,, fecisse Nicodemum. Apud Marcum & Lucam mulieres etiam  
 ,, dici ad unguendum & pollingendum corpus Christi præparasse aro-  
 ,, mata & unguenta. Apud Matthæum quoque quum mulier  
 ,, pretiosissimum unguentum in caput Christi effudisset, ipse dixit,  
 ,, Ad funerandum me id fecit. Ita Romani & Græci mortuorum  
 ,, corpora ungebant. Postremo quum Evangelista junxerit *σμύρνῃ*  
 ,, & *αἰλόνῃ*, non de alia aloë videtur exponendum, quam de illa quæ  
 ,, tribus aut quatuor locis Bibliorum juncta invenitur cum myr-  
 ,, rha. Atqui illa omnino aromatica aloë, cujus mentio in Prover-  
 biis,



is, Psalmis, Canticis, alibi. Inferat heic aliquis, aloën medicam, virtute quadam sua & amarore insigni putredini repugnare, ideo, um unguentis aliis adhibitam condiendis mortuis. Quid tum? Non hoc quæsivere Judæi in sepeliendis cadaveribus, ut quam diutissime perdurarent, æternitatemque medicaminibus obtinerent. Ægyptios etiam vel nullam aloën usurpasse, vel eam quam usurparunt fuisse aromaticam: quorum posterius Aëtiustradit, sola unguenta & aromata ad unctionem & pollincturam cadaverum adhibita. Præterea *μυρεψὰς ὑγρὰ ξηρῆς* miscuisse, Theophrastus de odoribus docet. Postremo pondus aromatum quæ Nicodemus attulisse fertur fuisse nimis magnum, quam ut unctioni paratum existimari queat. Hæc est summa disputationis, quæ, quam vir doctissimus hac de re more suo sicut diffuse ita confuse illic instituit.

Sed quod *primum* de discrimine, quod inter Ægyptiacum & Judaicum funerandi morem interfuit, notatur, extra controversiam est. Addendumque præterea, illam Ægyptiis usitatam cadaverum medicationem ex duabus prorsus distinctis actionibus constituisse. Altera est maceratio in sale sive nitro; quæ fuit *καρχεία* proprie speciatimque dicta: altera applicatio unguentorum & aromatum. At quid hoc, quæso, facit ad probandum: apud Joannem xylaloen esse intelligendam? Tametsi *deinde* vox *ἐλόης* & ligno & succo diversarum plantarum est communis; quod

Heinsius in *exercitation. sacr. ad Nonn.* Bodæus Stapelius *comment.* Heins. p. 519 ed. primæ: p. 955 & seq. edit. sec. n. Theoph. *hist. pl.* aliique monuerunt: tametsi item alicubi in V. G. per aloën lignum istud denotatur; (quod tamen ubique nequaquam ita clarum esse, prout viro doctissimo persuasum fuit, non promptu foret ostendere, partim quoque paullo post ostendetur: ) nihil tamen est quod cogat idem vel alias semper vel heic etiam fieri fierive debere. Communi quoque loquendi usu succus simpliciter aloë, lignum non nisi cum vocis istius appositione,



one, semper nominata fuerunt. Per summam injuriam *tertio* communis sive medica aloë aromaticorum censu movetur, quum tantum absit eam non esse aromaticam, ut maxime sit talis & ab antiquis habita: dignitatem eam illi strenue vindicante Bodæo. Undenam *quarto* constat, ob putredinem prohibendam in pollincturæ usum Judæis aloën non venisse? quum tamen eonomine uterque iste succus, aloë inquam & myrrha, præcipue fuerit commendatus, junctimque usurpari solitus? Utque forte eorum usu cadavera fervare non omnibus vulgo fuerit propositum, acceperunt tamen morem istum ab iis, qui maxime id ipsum intenderunt. Ægyptios *quinto* in sua mortuorum conditura nullam aloën usurpasse, quæ probabitur? Etsi enim disertis verbis Herodotus vel alii ejus haud meminerunt, meminit tamen Serapion in mumia sepulcralis descriptione. Cujus hac in re testimonium utique est autoritatis minime levis. Accedit non minus illustre & illud *l. de simpl. purg. c. 1* Joannis Mesuæ: *Aloë à putredine vindicat, etiam cadavera, præsertim myrrhamista.* Quæ porro mirifice confirmat ipsemet hic Evangelistæ immerito controversus locus: idque tanto magis, quanto illis est antiquior. Suntque omnia ista magno documento, morem illum pervetustum, & per complura sæcula continuatum, nec uni genti usurpatum fuisse. Est etiam præterea omnino verosimillimum, sicut alias ac tum ad illum tum alios usus aloë ac myrrha propter affines vires junctim usurpatæ fuerunt; sic etiam ab Ægyptiis idem factum: quum item vicinæ gentes utramque in pollincturis adhibuerint, non minus Ægyptios quoque id fecisse; immo multo magis, præsertim quum præ aliis omnibus maximam curam in cadaverum asservatione adhibuerint, aliisque exemplum ejusce rei primi præbuerint. Ad locum *sexto* ex Aëtio adductum quod attinet, de eo itajam satisfecit Bodæus, ut supervacaneum foret quicquam addere. Prorsus nihil etiam Salmasii causam ju-



varet. Numquid enim si xylaloë in suffumigiis usurpata, & alibi (per merum tamen errorem) hepatitis vocata fuit, idcirco communis siue medica vel ab Ægyptiis vel ab aliis in funeralem usum non venit? Ex aduerso aloën & myrrham idem Aëtius coniunxit *lib. eod. 16, c. 143*, in smyrnisi conservandi cadaveris. Ubi tamen aliam præterquam medicam intelligi numquam probabitur. Sola unguenta & aromata *septimo* ad unctiorem & pollicituram adhibita fuisse, ipsemet ajo. Utroque autem nomine aloën illam medicam usitatam fuisse manifestum est, & præter alios luculenter demonstravit Bodæus. Unguentarios *octavo* humida siccis miscuisse itidem verissimum est. Quasi vero quod utraque tam aloë illa medica quam myrrha sicca sit, nec liquidi admixti mentio fiat, ea propter sub unguenti forma usurpatæ non fuerint: aut, si quidem sicca corpori Christi admotæ sunt, communis aloë ad eum usum non æque idonea fuerit atque xylaloë. Non urgebo *nono*, quod funebris unctio Judæis usitata, eumque ob finem misturam illam paravisse Nicodemus, negetur: & tamen mulieres eam in animo habuisse, allatis eodem facientibus aliis, perhibeantur. Namque id neque pro xylaloë est, neque conciliare nostrum. Quod autem *decimo* de majori quam ad unctiorem opus esset misturæ à Nicodemo allatæ pondere moveretur, quam exigui sit momenti, per sese patet.

Et vero sicut aloë cum myrrha ab Ægyptiis & ad eorum sine dubio imitationem ab aliis gentibus duplici de causa in funebrem illum usum adscita est: sic alias etiam ad voluptatem ex odoribus capiendam utraque maximopere fuit expetita, eoque nomine in ipsis sacris scripturis celebrata legitur. In primis illustra sunt duo loca, *Psal. XLV, 9*, & *Proverb. VII, 17*. In quorum altero casia, in altero cinnamomi simul itidem fit mentio. Tametsi enim utrobique ab aliis xylaloë ab aliis santala intelliguntur, multo maxime verisimile tamen est communem illam aloën



significari. Quomodo id interpretatus etiam est Hieronymus  
*ad Principiam* scribens: *Vbi in nostris codicibus scriptum est gutta vel*  
*stacte,* (in Psalmo scilicet secundum Latinos XLIV,) *in Hebraico*  
*ahaloth legi. Vnde & Nicodemum centum libras myrrhæ & aloës ad*  
*sepeliendum Dominum præparavisse.* Quam Hieronymi explicati-  
 onem in eundem sensum laudat etiam Bellarminus in *explanat.*  
*Psalmi XLIV.*

QUIN igitur per aromata & unguenta, quæ mulieres ad  
 Christi corpus unguendum paravisse Marcus & Lucas memorant,  
 hæc ipsa intelligantur, etiam non est ambigendum. De Josepho  
 ac Nicodemo id clarum est, quos corpus Jesu linteis cum aroma-  
 tibus involutum in monumentum posuisse Joannes scribit. Attu-  
 lerat autem Nicodemus misturam myrrhæ & aloës. Non alia pro-  
 inde quoque sanctissimo corpori admoverunt. Nec alia mulieres  
 emisse est quod quis opinetur. Perhibentur enim Josephus ac  
 Nicodemus ἐπιταφιασμὸν illum peregisse sicut mos fuit Judæis.  
 Ad morem autem illum sine omni dubio non solum pertinuit ob-  
 vincitio illa corporis cum aromatibus, sed speciatim quoque certa  
 illa sacro scriptori diserte nominata aromata. Sumserunt enim  
 aromata in funerationibus vulgo usurpari solita. Et idcirco non  
 alterius generis aromata mulieres quoque. Vero itidem ma-  
 xime consentaneum est, misturam illam sub unguenti forma fu-  
 isse adhibitam. Nam & ita ad eum usum multo fuit accommo-  
 datior, & mulieres unguenta paravisse Jesuque corpus ungere  
 voluisse, ex more videlicet, narrantur. An autem alii insuper odo-  
 res additi fuerint, perinde est, & frustraneum inquisitu. Id cer-  
 tissime constat, tum myrrham & aloën in usum eum venisse, tum  
 ad id quod intendebatur præstandum omnium maxime valuisse.  
 Rectissime nempe *commentar. in l. 7 hist. pl. Theoph. c. ult.* Joannes  
 Bodæus, in disputatione illa contra doctissimum Salmasium  
*Sciat & aloem unguentariam etiam esse. Id ex eo patet, quod corpora*

cr. to. 3,  
109, B.

ell. p.  
44, c. 2.

Bod. p.  
902, c. 1.

quom.



quondam aloë & myrrha condirentur. Ad quæ hæc duo longe præstantissima esse constat. Cadavera enim diutissime à putredine vindicant. De hac aloë intelligenda, cum in sacra Scriptura dicitur Nicodemum attulisse *μύρρα σμύρνης καὶ ἄλόνος*, — ad unguendum scilicet, & pollinendum corpus Salvatoris nostri. Sequitur enim protinus, *ἔλαβον ἔν* &c. Certissimum argumentum de aloë cathartica intelligendum, quod Sacra scriptura iunxerit aloë & myrrham. Vtrumque enim aroma insigniter amarum, utrumque in tenuissimum pulverem redigi potest, utrumque cum gravitate quadam odoratum, utrumque adversus putredinem efficacissimum, nec usque adeo colore, substantiaque diversum. Hæc ille, gnarus utriusque & imprimis accuratus simplicium arbiter. Ut merito doleamus, ejusdem tum in alterum Theophrasti tum in Dioscoridis opus commentaria desiderari.

QUONIAM porro vulgo non nisi plebejorum hominum cadavera, eaque sola pissasphalto condita, ex Ægypto advehuntur, recte utique putant docti viri præstare, mumia ista neglecta, solo succo illo uti. Sed nec altera illa magnatum, pretiosis unguentis & aromatibus condita corpora, etiamsi abunde eorum copia suppeteret, medicinæ gratia expetenda esse equidem censeo. Nulla quippe alia justa causa veleorum usum suadet, quam omne id potius ex magna superstitione & quæ eam minus attendi facit longa consuetudine sit profectum. Eapropter etiam non probo Matthioli tum in *commentar.* tum in *epistol.* aliorumque, de succedanea mumia ex in hospitalibus vel alias defunctorum corporibus conficienda, consilium. Et sicut alias à medicina ex humani corporis partibus desumpta cum Thoma Erasto, Ioanne Heurnio, aliis abhorreo: ita multo magis omnem illam sepulcralem mumiam, tabo cadaverum eorum penitus imbutam, abominor atque detestor: ut in aliis multis sic in hisce quoque rebus arcanam cacodæmonis vim cum illis agnoscens. Quod alibi latius persequor.



QUIBUS omnibus demum ita habentibus, & Ægyptiacam, primi præsertim generis, cum vicinis aliis gentibus usitatam funerum medicationem conferendo, manifestum est, illam sicut omnium pretiosissimam operosissimamque, sic ad id quod intenderunt obtinendum efficacissimam fuisse. Licet enim Judæi eadem medicamenta, quibus Ægyptii usi sunt, externis corporibus admovent: longe minus tamen operæ ac diligentia adhibuerunt: utpote quum Ægyptii triginta vel quadraginta immo septuaginta dies *ταχιύτοι* impenderint, Hebræis uno duntaxat eoque brevissimi temporis actu unaque unctioe omne opus istud absolventibus. Ægyptii præterea non contenti exteriori corporum habitui succis illis consulere, cerebrum quoque cum intestinis exemerunt, & corpora sale sive nitro maceraverunt. E quibus quum hæc in ceteris etiam modis diligenter ab Ægyptiis peragerentur, neutrum vero ab Hebræis observaretur, & tam nitrum quam cedria negligenter; non potuit utique non fieri, quin interiores illæ partes in corpore derelictæ putredinique maxime obnoxiae eam conciperent, sensimque universum corporis habitum adversus eam non satis præmunitum inficerent. Qua de causa quoque non nisi in sola Ægypto ex antiquo ævo supersticia condita corpora etiamnum reperiuntur.

Similiter etiam patet, nec hodie in principum ac magnatum corporibus condiendis usurpari solitam rationem cum Ægyptiaca posse contendere. Tametsi enim interiora remoyentur, quoad reliqua tamen non parva est disparitas. Herbae certe ac flores & semina præter exigui temporis odorem nihil conferunt. Quem aliquanto majorem quidem edunt aromatici generis cortices ac fructus, præterea tamen parum. Potissimum præstant succi concreti. Sed forma ac modus quo adhibentur,

tur,



ur, ut & reliquus uniuersus apparatus, minus sufficiens est ad  
omnem corporum humiditatem imbibendam, iisque iustam sic-  
citatē inducendam. Ideoque talis etiam ac tanta  
perennitas inde temere non poterit  
expectari.

**F I N I S.**



# INDEX CAPITUM

|   |         |
|---|---------|
| I. Huc pertinentia omnia & ex iis singulatim nunc consideranda enumerantur. | pag. 1. |
| II. De Tristitia & Angore Christi.  | 2.      |
| III. De Sudore ejusdem cruento.   | 5.      |
| IV. De Spinea Corona.   | 13.     |
| V. De Myrrha condito vino, & Aceto cum felle misto.                         | 15.     |
| VI. De Solis obscuratione.  | 23.     |
| VII. De Siti Servatoris.  | 26.     |
| VIII. De Aceto & Hyssopo.   | 29.     |
| IX. De Clamore Christi.   | 36.     |
| X. De Morte repentina Iesu.   | 39.     |
| XI. De Terræ motu.  | 40.     |
| XII. De Humoribus è latere Iesu perfosso profusis.                          | 42.     |
| XIII. De Conditura corporis Christi.  | 49.     |



# INDEX SCRIPTORVM.

|                                     |             |                                    |                    |
|-------------------------------------|-------------|------------------------------------|--------------------|
| Jos. Acoſta.                        | 40.         | 30, 31, 32, 33, 34, 36, 54.        |                    |
| Aërius.                             | 51, 59.     | Cherlerus.                         | 14, 34.            |
| Geor. Agricola.                     | 40.         | Chryſoſtomus.                      | 10.                |
| Alexander Trallianus.               | 35.         | Clemens Alex.                      | 12, 13.            |
| Sixt. Amama.                        | 15, 16, 17. | Cluſius.                           | 14.                |
| Ammonius.                           | 27, 28.     | Conringius.                        | 44.                |
| Anguillara.                         | 14.         | Corderius.                         | 8, 10, 22, 24, 35. |
| Apollonius.                         | 17.         | Val. Cordus.                       | 14.                |
| Apulejus.                           | 15.         | Coſtæus.                           | 48, 49.            |
| Arabs paraphraſtes.                 | 32.         | Diodorus Sic.                      | 50, 56.            |
| Ariſtoteles. 2, 9, 10, 11, 27, 36,  |             | Dionyſius Areop.                   | 24.                |
| 46, 49.                             |             | Dioſcorides.                       | 16, 19, 20, 29.    |
| Athenæus.                           | 35.         | Marc. Donatus.                     | 9.                 |
| Auguſtinus.                         | 25, 37, 38. | Dorſennus.                         | 18.                |
| Avicenna.                           | 16, 17, 18. | Eckſtormius.                       | 41.                |
| Baronius.                           | 13.         | Erastus.                           | 61.                |
| Th. Bartholinus. 9, 11, 13, 34, 44. |             | Eſtius.                            | 24, 31.            |
| Casp. Bauhinus.                     | 14, 53.     | Euſebius Cæſar.                    | 12.                |
| Jo. Bauhinus.                       | 14, 34.     | Euthymius.                         | 33.                |
| Bellarminus.                        | 60.         | Fabricius Aquapend.                | 36.                |
| Bellonius. 14, 15, 34, 50, 51, 52.  |             | Fefſelius.                         | 32.                |
| Al. Benedictus.                     | 27.         | Foëſius.                           | 3.                 |
| Bernardinus Sen.                    | 25.         | Fromondus.                         | 40.                |
| Jo. Bodæus Stapelius. 14, 34,       |             | Furlanus.                          | 3, 20, 21.         |
| 50, 51, 57, 58, 59, 60,             |             | Galenus. 3, 4, 16, 17, 27, 28, 35, |                    |
| Budæus.                             | 2.          | 37, 50.                            |                    |
| G. Calixtus.                        | 12.         | Gaza.                              | 3.                 |
| Joach. Camerarius. 2, 3, 31.        |             | Gillotius.                         | 12.                |
| Cafalius.                           | 53.         | Gomeſius.                          | 51.                |
| H. Caſaubonus. 10, 13, 15, 16, 21,  |             | Granius.                           | 46.                |



# INDEX SCRIPTORVM.

|   |  |
|---|--|
| <p>H. Grotius. 3, 10, 23, 33.</p> <p>Guaſtavinius. 3.</p> <p>Dan. Heinfius. 31, 32, 57.</p> <p>Herculanus. 28.</p> <p>Herodotus. 49, 50, 51.</p> <p>Hefychius. 2, 10.</p> <p>Jo. Heurnius. 61.</p> <p>Hieronymus. 12, 38, 41, 60.</p> <p>Hilarius. 12.</p> <p>Hippocratica. 3.</p> <p>Casp. Hofmannus. 14, 16, 18, 19, 20, 27, 28, 48, 52, 53.</p> <p>And. Laurentius. 43.</p> <p>Maccabæorum liber III. 16.</p> <p>Maldonatus. 2, 9, 11, 22, 23, 35, 38.</p> <p>Marcellus. 15.</p> <p>Matthiolus. 51, 52, 53, 61.</p> <p>Mercurialis. 12, 37.</p> <p>Mefve. 58.</p> <p>Monas. 9, 10.</p> <p>Origenes. 12, 33.</p> <p>Pamphilus. 12.</p> <p>Parmeniſcus. 35.</p> <p>Philoponus. 27, 28.</p> <p>Jo. Picus. 26.</p> <p>Plautus. 18.</p> <p>Plinius. 16, 18, 19, 20, 21, 30, 49, 50, 51.</p> <p>Pollux. 53.</p> <p>Problemata Ariſtoteli tributa. 3.</p> | <p>Proverbia. 59.</p> <p>Pſalmi. 59.</p> <p>Radzevillius. 53.</p> <p>Ramireſius. 14, 16, 17.</p> <p>Rauvvolfus. 14, 15, 41.</p> <p>Ricciolus. 24.</p> <p>Rondeletius. 9.</p> <p>Ruffinus. 12, 26.</p> <p>Salmaſius. 18, 31, 33, 34, 35, 56.</p> <p>Jo. Saubertus fil. 22.</p> <p>I. C. Scaliger. 53.</p> <p>Schoockius. 12.</p> <p>Sebizius. 28, 53, 55.</p> <p>L. Seneca. 7.</p> <p>Septalius. 3.</p> <p>Serapion. 50, 52, 58.</p> <p>Simon ſummus ſacerdos. 16.</p> <p>Strabo. 49, 51.</p> <p>Strüppe. 53.</p> <p>Suidas. 14.</p> <p>Theophraſtus. 3, 9, 10, 19, 20, 21, 22.</p> <p>Thuanus. 9.</p> <p>Tirinus. 8, 35, 43.</p> <p>Alex. Trallianus. vide Alexander.</p> <p>Valleriola. 5.</p> <p>V. H. Voglerus. 2, 4, 9, 28, 37, 46, 47, 48, 49.</p> <p>Ad. Vorſtius. 34.</p> |
|---|--|



# INDEX VARIARVM RERVM.

- Acetum, cum felle scilicet datum, an vinum in historia passionis Domini denotet. 22, 23. est ibi proprie accipiendum. ibid.*
- Acetum sanguinis fluxum sistit. 30. est prestantissimum analepticum. 30, 31. cur cum hyssopo Christo præbitum. 30, 35.*
- Ἀδημοειν quid proprie significet. 2, 3.*
- Ἄγνια quid denotet. 3, qualis sit affectus. ibid. unde oriarur. 3, 4. quomodo sanguinem & cor afficiat. 4, 5. quid sanguinea massa Christi ab ea sit passa. 10, 11, 39, 44, 48, 49. fuit causa sanguinei sudoris Christi 7, 8, 9. mortis repentinæ. 39. humorum separatim è latere profusorum. 44, 48, 49.*
- Aloë denotat & lignum & succum. 57. nequaquam tamen ita frequenter in V. T. ceu nonnullis visum. 57, 59, 60. communiter & simpliciter vocata succum duntaxat. 57. aloë illa communis h. e. succus est aromatica. 58, 59, 60. eadem, non xylaloë, à Judæis in pollinēturis usurpata. ibid. nec minus ab*
- Ægyptiis 58, 59. item ab aliis. 59. & quidem cum myrrha. 58, 59, 60, 61. idque quare. 58, 60, 61. utraque junctæ alias etiam voluptatis causa. 59.*
- Animi affectus quomodo cor & sanguinem afficiant. 4, 5.*
- Ἀοργία miraculosa quomodo facta sit ve incertum. 24.*
- Aromata cadaveribus admoda ab Ægyptiis. 50. & à Judæis. 54. quænam illa fuerint. 50, 60. quam ob causam. 56.*
- Bituminis usus in mortuorum conditura. 51, 56.*
- Calamus an in historia passionis sit idem cum hyssopo. 32, 33. an calamus aromaticus intelligatur. 33, 35.*
- Cedria quid sit. 50. nascitur in sola cedro. 50, 51. ejus usus in condiendis mortuis. ibid.*
- Χολή quid in historia passionis denotet. 21, 22.*
- Christus ante passionem fuit sano corpore. 11, 12. an inde fornicitatis argumentum possit peti. 12. ejus affectus. 11, 12.*
- Clamor. vide Vox. Clamor Christi in cruce qualis. 38, 39.*



# I N D E X

- Coagulatio unde ac quomodo fiat.* 48, 49.
- Conditura cadaverum variis generibus usitata.* 49, 50. *praecipue tamen Aegyptiis.* *ibid.* *eaque triplicis generis.* 50. *condita corpora quae ex Aegypto hodieque advehuntur non nisi plebejorum sunt.* 52, 53. *pro diverso genere conditurae reliquis etiam cadaveribus adhibitus ornatus fuit diversus.* 53. *in mortuorum ventre tum alia tum praecipue simulacra recondere consueverunt Aegyptii.* *ibid.* *quid Radzevillio ejusmodi condita corpora asportanti obtigerit.* *ibid.* *num prorsus ad Aegyptiorum morem conditus Iacobus patriarcha.* 54. *eadem qua pater etiam Iosephus ratione.* *ib.* *corpora condiendi morem ab Aegyptiis acceperunt Hebraei.* *ib.* *quid tamen inter Aegyptiacum & Hebraicum aliarumque gentium ritum intersit.* 54, 62. *similiter quid inter eundem & eum qui hodie in magnatum corporibus usurpari solet.* 62, 63. *Iudeorum tamen morem in Christi corpore observatum non nisi divitibus usitatum fuisse.* 54, 55. *quam ob causam tantam curam corporibus suorum impenderint Aegyptii.* 55, 56. *usi sunt duorum generum medicamentis, quibus duo intenderunt.* 56. *eos in fine illo obtinendo non fuisse falsos.* 50, 55, 56. *pro gemino isto scopo duas distinctas actiones institutas fuisse.* 57. *corpora illa Aegyptiorum nequaquam sunt in medicinam expectanda.* 61.
- Cor an in sinistro latere praecipue sit situm.* 42.
- Dolor quomodo corpus afficiat.* 4.
- Einwärts reden.* 38.
- Ενδωπεϊδῶν quid proprie sit.* 2.
- Eruca semen narcoticum, & in eum finem usurpatum.* 16.
- Fel in historia passionis quid significet.* 21, 22.
- Funerandi mos Iudeorum in quo constiterit.* 60.
- Gentes aquilonares sunt robustiores & bellicosiores aliis.* 46. *earum victus ratio qualis.* 46, 47.
- Grumi non sunt idem cum guttis.* 10.
- Gummi speciatim dictum quodnam*



# VARIARVM RERVM.

nam. 51. adhibitum ad condienda cadavera. 50, 51.  
 Humani corporis è partibus petita medicina improbat. 61.  
 Humores è Christi latere profusi quales ac quinam fuerint. 43, 44. unde profluxerint. 43, 44. 45. quomodo. 44, 45, 48, 49. ejus causa. vide Agonia.  
 Hyssopus an apud Ioannem mendose legatur, & quæ voces ei à nonnullis substituta. 31, 32. quidnam ab aliis per eam intelligatur. 32, 33. an sit idem quod apud Mattheum & Marcum calamus. ibid. quanam planta per eam denotetur. ib. hyssopus veterum proprie dicta quanam. 33, 34. eandem heic quoque intelligendam. ibid. ea non est nostra. ib. cur Christo admota varia opiniones. 34. 35. adversus animi deliquitum commendata. 35, 36. eandem ob causam tunc etiam data. 35. hyssopus pro cæspus. 31, 32.  
 Ignes subterranei terræ motuum causa. 40.  
 Ira quomodo corpus afficiat. 4.  
 Lac asinum quoniam magni usus, & quare. 48.

Latus quanam pars corporis proprie. 42. Christi utrum perfossum. ibid. lateris sinistri affectus cur periculosiores valgo credantur. ib. laterum infirmitas ab intenta voce. 37. concionantibus familiaris. ib. ea laboravit Augustinus. 37, 38.  
 Miraculorum modus frustra inquiritur. 23, 24.  
 Mors repentina Christi unde. 39.  
 Mumia quid nobis aliisque, quid item Arabibus denotet. 51, 52. mumia Arabum rursus varia. 52. mumia sepulcralis in medicinalem usum nequaquam sumenda. 61. mumia succedanea Matthioli improbat. ibid.  
 Myrrha quales habeat facultates. 16, 17. est narcotica. 15, 16, 17. in eum quoque sinem perinde atque tus usurpatum. ibid. quando tamen & in quibus id efficiat. 17, 18. in quo falsi Rabbinii & vulgus. 18. myrrha quorundam infrequentissimo usu unguentario. 19. immista prestantissimis ac pretiosissimis unguentis. ib. in odoribus maxime experta. ib. habet lenem amaritiam. 20, 22.



Myrrha cum aloë in conditura  
cadaverum usurpata, & quare.  
58, 59, 60, 61. alias etiam vo-  
luptatis ergo. 59.

Myrrhatum vinum cur supplicio  
afficiendis datum. 15, eandem ob  
causam Christo. ibid. alias etiam  
in delitiis fuit. 18, 19, 20, 21.

Nitri usus apud Aegyptios in con-  
diendis cadaveribus. 50, 56.

Odoramenta vinis immista. 10. qua-  
re. ibid. & maxime quidem dul-  
cibus. 20, 21. iis condita vina  
quales habuerint facultates. 21.

Odorata mortuis adhibuerunt AE-  
gyptii. 50. & ad eorum imita-  
tionem Hebraei. 54. idque quam  
ob causam. 56.

Όισον & quas habeat vires. 31.  
aliquando confunditur cum  
ύασων &. 31, 32.

Όξ & an pro οιν & in passionis hi-  
storia accipiat. 22, 23.

Ός particula qualis aliquando. 10.

Όσει particula qualis tum alias  
tum hoc loco apud Lucam. 10.

Pericardium in Christo fuisse vul-  
neratum non constat. 43, 44.  
eo contentus liquor quem ha-  
beat usum. 47, 48.

Περχαγής quis proprie sit. 2.

Περίλυπ & quis proprie dicatur. 2.  
Pissasphaltus duplex. 51. in condi-  
tura mortuorum usurpata. 51, 56.

Πλευρά quanam pars corporis pro-  
prie. 42.

Plurimum qui delevit terra motus  
qualis. 40, 41.

Potus nec solus nec quicumque  
semper sitim sedat. 28. in eo seli-  
gendo quantum discrimen. ibid.

Prodigia quae in sublimi sunt sunt  
maxime terribilia. 25. non pro-  
miscue tamen quacumque istis  
apparentia sunt talia. ibid.

Rupium Christo patiente disru-  
ptio qualis ac quanta fuerit. 41.

Sanguinis massa ex quibus constet.  
45. quem usum singula partes  
ejus proprie praebeant. 45, 46,  
47, 48. crassus sanguis quid  
praestet. 45, 46. pro sanguinis  
diversa ratione quantum dis-  
crimen non solum inter ani-  
malia, sed etiam gentes, immo  
singulos homines. 46, 47.

Sanguis Christi. quid ab agonia sit  
passus. 10, 11, 39, 44, 48, 49.

Sanitas Christi. vide Christus.

Serum sanguinis quem praebeat  
usum. 47, 48. ejus evacuatio  
quaedam cur perpetuo necessa-  
ria.



VARIARVM RERVM.

ria, nimia tamen quam noceat. 48. seri, & serosi lactis, item seri sanguinis, vires medica. ib. Signa qua in calo sunt maxime terribilia & ominosa. 25, 26. non tamen promiscue quacunque. 25. supremum iudicium pronuntiatura. ibid. Sitis caussa. 26, 27. ea oritur etiam ab aliarum partium praeterquam ventriculi affectionibus. 27. 28. pro quarum omnium diversitate diversa quoque poscit remedia. 28. sitis Servatoris unde orta. 29. sitis saepe intenditur sub obitum. ibid. Solis obscuratio tempore passionis Domini qualis fuerit. 23, 24, 25. quo modo facta. 23, 24. vinea corona ex quali stirpe sit depromta. 23. an è rubo. ibid. an è junco marino. 13, 14. an è berberi. 14. an è paliuro. ib. an ex acaria. ib. an è rhamno. 14, 15. Unguis facultas medica. 29, 30. cur ea Christo admota. ib. Urticae praebuit simplex unguentum. 19. inter odoratissima fuit. ibid. Urticae concreti ab Aegyptiis & Iudaeis in pollineturis adhibiti quas obtineant vires. 56.

Sudor sub vaporis specie prodit. 5. ejus materia. ib. effectrix caussa. 5, 6. prodit è minutissimis vasis. 6. cur nec in omnibus hominibus nec in quibuscunque corporis partibus aequè proveniat. ib. quomodo generetur & coëat. 6, 7. quantum & quam diversimode ab animi affectionibus excutetur. 7. ejus differentiae. 10. Sudoris sanguinei Christi caussa agonia. 7, 8, 9. sudor sanguineus aliorum. 9. sed inter quem & illum Christi ingens discrimen. 9, 10, 11. & in quo id consistat. ibid. Terra motus ab ignibus subterraneis excitantur. 40. saepe tamen etiam à caussis supernaturalibus. 41. qualis fuit in Sinai monte. ib. ac tempore passionis Christi. 40, 41. quales item erunt mundi finem praecessuri. 41. Terror quomodo corpus afficiat. 4. Θέμβος quid proprie sint. 10. Thus affines myrrha habet vires. 16. obtundit sensus. 16, 17. in eum finem perinde ut myrrha usurpata. 15, 16, 17. quando tamen & in qui.



## I N D. V A R I A R. R E R.

|  |  |
|--|--|
| <p><i>in quibus id efficiat. 17. 18. in</i><br/> <i>90 falsi Rabbini &amp; vulgus. 18.</i><br/> <b>Timor</b> quomodo corpus afficiat. 4.<br/> <b>Tristitia</b> quomodo corpus afficiat. 4.<br/> <b>Vnctionis</b> funeralis varii fines. 55.<br/> <b>Vnguenta</b> vinis infusa, duplici<br/> <i>de causa. 19. &amp; dulcibus qui-</i><br/> <i>dem maxime, idque quare. 20.</i><br/> <b>Vnguenti</b> sub forma aromata Chri-<br/> <i>sti corpori admota. 60. item ali-</i><br/> <i>as defunctis. 59.</i><br/> <b>Vox</b> ubi &amp; unde generetur. 36.</p> | <p><i>quid ad eam requiratur. ibid.</i><br/> <i>ejus intentio quid exigat. 36 37.</i><br/> <i>ad eam quanam apert 37. ea quo-</i><br/> <i>modo corpus ac valetudinem</i><br/> <i>afficiat. 37 in delassatis, timen-</i><br/> <i>tibus, morientibus vox deficit.</i><br/> <i>38. reliqua vide Clamor.</i><br/> <b>Xylaloë</b> non fuit usurpata in pol-<br/> <i>lineturis, sed communis sive</i><br/> <i>medica. 57, 58, 59. similiter</i><br/> <i>alias voluptatis etiam gra-</i><br/> <i>tia. 59.</i></p> |
|--|--|

## E M E N D A N D A.

*Pag. 22, v. 16, pro itidem leg. iridem. Pag. 40, v. 13, pro que leg. que.*  
*In prefat. pag. 4, ver. 7, pro descriptam leg. descripta sunt.*